

CG

- 1005

CEFA-1005

R 14/62  
AD LECTOREM.



Mblemata illa pulcherrima Andreæ Alciati, Patricij Mediolanensis, Iurisconsultorum eloquentissimi, & eloquentiū Iurisconsultissimi, quæ vir ille nunquam ab literis feriatus dion à seuerioribus legum studiis respirat, & humanæ literaturæ Musis amoenioribus recreatur, Iudendo effudit apocesis, & exordia, prout placuum, uel sensibus externis, uel commentationibus internis, sese offerebat argumentum. Ea nos sub generalibus præcipiis rerum capitibus in locos communes, tanquam in certas classes digeremus: à summis, ad ima progradientes. Non eo sane consilio, ut Autore ipso in œconomia sui operis, aut diligentiores, aut concinniores uideremus: sed ut illius lusus, in communes usus adduceremus, eius operis dupli habita ratione, uoluptatis nimirum, & utilitatis. Prior quidem, ut speciosor quedam operis forma extaret oculis legentium, singula suo quoque collocata loco considerantum. Composita nancie Afris,

N.B. 1122693 A 2

B.E.A. 1660122

4

Et ordinata confusis, fere solent apparere pulchriora. Altera autem, ut facilior, et promptior esset quærentibus inuentio. Etenim expeditius est, diuersi res generis in suum quasque ordinem et locum dispositas: quam in turbam, temere congregatas inuestigare, si quando iis opus habemus utendum. Porro usus Emblematum, præter gratiam, ac uoluptatem ex iucunda nouitate, quæ tedium leuat, breuem sententiæ argutiam, quæ animum pungit, numerosam uersuum suavitatem, quæ aures mulcit, :  $\ddot{\omega}$   $\dot{\nu}$   $\dot{\epsilon}$   $\dot{\eta}$   $\dot{\nu}$   $\dot{\omega}$  picturam non inanem, quæ oculos pascit. Etiam ille (inquam) usus est, ut quoties rebus uacuis complementum, nudis ornamentum, mutis sermonem, alogis rationem tribuere, aut certe affingere uelit quispiam, is ex Emblematum libello, tanquam ex promptuario instructissimo habeat quod domesti: is parietibus, uitreis fenestris, aulæis, peristromatis, tabulis, uafis, signis, anulis sigillaribus, uestimentis, mensæ, fulcro, armis, gladio, supellectili de nique omni, nusquam non inscribere, et impingere possit: ad hoc scilicet, ut usquequa loquax, et asperu iucunda sit rerum ad usum communem spectantium facies. Quare et ipse Alciatus, sua hæc epigramma ta appellatione conuenientissima inscribi uoluit Emblemata. Sunt enim Emblemata uermiculata opera ex tessellis.

ex tessellis, insititiis apta et composita, interprete  
 Budaeo, quod et ipsa uocabuli Graeci origo ostendit.  
 Verum quum haec omnia superiore editione praestatissimum  
 suntur, ecce aliquot noua Emblemata ad nos miti-  
 suntur: ab Autore ipso superioribus addita. Haec in  
 suum et proprium quaeque ordinem ueluti superiora  
 redigimus: quibus etiam, et aliis nonnullis prioribus,  
 in quibus imagines desiderabantur, figuram appinxi-  
 mus, quo ad fieri potuit, aptissimas. Superiora etiam  
 Emblemata partim immutauit Autor ipse, partim  
 emendatoria, et melius conformata reddidit. Quae  
 omnia postrema hac nostra editione in opus unum,  
 quod quanto locupletius, tanto sit perfectius, exhibe-  
 mus. Quisquis igitur et sententiae breuis acumine, et  
 festina imagine res suas decorare uoleat: ex hoc libel-  
 lo abunde habiturus est, unde sibi desumat quod ad  
 rem quamlibet accommodari posse uideatur, idque  
 promptissime, et facilime, adaptato nimirum suo co-  
 mento ad summa rerum genera, et singulas generion  
 formas suo quasque ordine dispositas, iuxta rerum  
 naturalem seriem, et usum communem. Quarum etiam  
 index tabula subiecta est operi uniuerso, a multis, et  
 magnis, quibus uitiatum erat, mendis expurgato, et  
 plane restituto καὶ τὸ αὐτόγενον.

CLARISSI. VIRI AND.  
 ALCIATI IN LIBRVM E M-  
 blēmatum præfatio, ad Chon-  
 radum Peutingerum  
 Augustanum.

Dum pueros iuglans, iuuenes dum tessera fallit,  
 Detinet & segnes chartula picta uiros:  
 Haec nos festiuis Emblemata cuditus horis,  
 Artificum illustri signaque facta manu:  
 Vestibus ut torulos, petasis ut figere parmas,  
 Et valeat tacitis scribere quisque notis.  
 At tibi supremus preciosa nomismata Cœsar,  
 Et ueterum eximias donet habere manus.  
 Ipse dabo uati chartacea munera uates,  
 Qæ (Chonrade) mei pignus amoris habe.

Ad



EMBLEM. DEDIC.

Ad Illust. Maximil. Ducem Mcdiol. super  
in signi Ducatus Mediolani.



Exiliens infans sinuosi è faucibus anguis,  
Est gentilitiis nobile stemma tuis.  
Talia Pellæum gessisse nomismata regem  
Vidimus, hisque suum concelebrasse genus.  
Dū se Ammone satū, matrē anguis imagine lusam  
Diuini & sobolem seminis esse docet.  
Ore exit, tradunt sic quosdam enitier angues.  
An quia sic Pallas de capite orta Iouis?

# S V M M A E M B L E M A -

T V M A L C I A T I  
E N I M Y Θ I A.

Mediolanensis principatus Stemma in aureo  
quore Draconem habet cæruleum, ex cuius ore in-  
fans nascitur à partu rubens. Diuinæ scilicet originis,  
& antiquæ Nobilitatis Symbolon. Alexandros nam-  
que, & Scipionas ab incubis, sub Dracontæa specie,  
Dæmonibus genitos esse creditum est. E serpentinis  
item Matribus esse natos Araxidas, & Melusidas  
ac Lusinianos fortissimos Heroas ( ex quibus nobilis  
Luxemburgorum prosapia ) Gallicana memorat hi-  
storia. Porrò serpentum genus quoddam ( ut fortasse  
Amphisbenarum ) ore constat parere, quorum & Hie-  
roglyphica imago designat Sapientiam, quæ & ipsa  
ex capite prodit. Ad hoc etiam facit quod Dea Sa-  
pientiae Minerua, & ex Iouis cerebro orta fngitur.  
Quæ omnia rō spectant: ut Anguigena ille, & pur-  
pureus puer de serpentis capite nascens, diuinum ge-  
nus Sanguinis antiquam, nec intermorituram nobis-  
litatem, & de fano capite manantem significet Sa-  
pientiam.

Mediol



Bituricis veruex, Heduis dat Sucula signum.  
 His populis patriæ debita origo meæ est,  
 Quam Mediolanum sacram dixerit puellæ  
 Teriam:nam vetus hoc Gallica lingua sonat.  
 Culta Minerua fuit,nunc est,vbi numine Thecla  
 Mutato matris virginis ante domum.  
 Laniger huic signum sus est ,animálque biforme,  
 Acribus hiuc setis,lanitio inde leui.

Etymon est Mediolani, à media lana inter setas Suculæ Ovillæ, aut Ovis suillæ in iaciendis tantæ vrbis fundamentis casu repertæ, cuius dubia forma Heduorum (qui suem) & Biturigum (qui arietem habent in publico schemate) insignia, vno in corpore comprehendit. Quod quidem Symmicton sic auctori confudisse placuit. Nam ut nostratum Biturigum (apud quos majoribus quam quisquam aliis stipendiis Ius Cisile est interpretatus) Publicam notam, fortasse habuit notam: Sic anno Heduorum Vrbicum figuram certe mouerit, nescio.



Nunquam procrastinandum.



Alciatæ gentis insignia sustinet Alce,  
 Vnguis & <sup>b</sup> fere <sup>c</sup> feruntur.  
 Constat Alexandrum sic respondisse roganti,  
 Qui tot obiuisset tempore gesta breui?  
 Nunquā (inquit) differre volēs, quod & indicat Alce:  
 Fortior hæc dubites, ocyor annæ siet.

Alce Septentrionalis est fera equi robore, cerui celeritate, ci-  
 tra moram cursus expeditas, ut haud temere nunquam capti pos-  
 sit.

(d) fit. De eius nomine , ac natura deductum est Alciati nomen , & Symbolon , ab Alexandro olim responsum ,  
**M H Δ E N A N A B A Λ Λ O M E N O Σ,**  
 subindicante,maxima quæque perfici viribus,diligentia,& con-  
 tinuo cursu laborum , tam animi, quam corporis.Tria hæc pri-  
 ma Emblemata , in gratiam principis , Patriæ , & Autoris  
 perstructa sunt,tanquam vestibulum ipsum operis,  
 ad quod deinde fit aditus , per id quod in  
 orbe summum est , & primum ,  
 neinpe Deum , & Re-  
 ligionem.

Deus

(a) miden anaballomenos.

(b) miden.

(c) anaballomenos.

(d) miden anaballomenos, id est num-  
 quam procrastinandum.

In Deo lætandum.

ΓΑΝΥΧΕΘΑΙΜΗΔΕΣΙ,



GANYMEDES.

Aspice ut egregius puerum Iouis alite pictor  
Fecerit Iliacum summa per astra vehi.  
Quisne Iouem tactum puerili credat amore?  
Dic, hæc Mæonius finxerit vnde senex?  
Consilium, mens atque Dei cui gaudia præstant,  
Creditur is summo raptus adesse Ioui.

Spiritus ad Deum raptus, citra corporis solutionem, est Af-  
fensus diuinæ in omnibus ordinationi.



Quid dicās quōnam hoc cōpellam nomine mōstrū  
 Biforme:quod non est homo,nec est draco?  
 Sed sine vir pēdibus,summis sine partibus anguis,  
 Vir anguipes dici,& homiceps anguis potest.  
 Anguem pedit homo,hominē eructauit & anguis,  
 Nec finis hominis est,initium nec est fere.  
 Sic olim Cecrops doctis regnauit Athenis,  
 Sic & gigantes terra mater protulit.  
 Hæc vafrum species,scd relligione carentem,  
 Terrena tantum quīque curet,indicat.  
 Hoc mōstro illi significātur quibus spiritu cœlesti, rationabiliq;  
 anima informatis:nulla tamen aliterius q; res est

Ficta religio.



Regali residens meretrix pulcherrima sella,  
Purpureo insignem gestat honore peplum.  
Omnibus & latices pleno è cratere propinat:  
At circum cubitans ebria turba iacet.  
Sic Babylona notant quæ gentes illice forma,  
Et ficta stolidas relligione capit.

Non tibi, sed religioni.



Isidis effigiem tardus gestabat asellus,  
Pando verenda dorso habens mysteria.  
Obuius ergo Deam quisquis reuerenter adorat,  
Piásque genibus concipit flexis preces.  
Ast asinus tantum præstari credit honorem  
Sibi, & intumescit admodum superbiens:  
Donec eum flagris compescens dixit Agaso:  
Non es Deus tu (Aselle) sed Deum vchis.

Sacerdotes etiam si aut ignari, aut scelerati sint, honorantur  
tamen, illius Domini cui sacrati sunt gratia. Itidem, Regū, Prin-  
cipum, & Magnatum famuli.



In triuio, mons est lapidum: supereminet illi  
Trunca Dei effigies, pectore facta tenus.  
Mercurij est igitur tumulus. Suspende viator  
Serta Deo rectum qui tibi monstrat iter.  
Omnes in triuio sumus, atque hoc tramite vita  
Fallimur, ostendat ni Deus ipse viam.  
  
In omni actu sequenda est natura dux optima, quæ Dri est or-  
dinatio & vocatio.


## V I R T U T E S.

## F I D E S.

Fidei symbolum.



Stet depictus Honos Tyrio velatus amictu,  
 Eiusque iungat nudā dextram Veritas.  
 Sitque Amor in medio castus:cui tempora circum  
 Rosa it, Diones pulchrior Cupidine.  
 Constituunt hæc signa fidem, reuerentia honoris,  
 Quām fouet, alit Amor, parturitque Veritas.  
 Hæc est antiqua apud Sabinos D. Triados prafiguratio vel si-  
 ex amicitiae cultus xarū rīfirāsii Honoris, & veritatis



Hanc citharā, à lembi quæ forma halieutica fertur,  
Vendicat & propriam Musa Latina sibi,  
Accipe du x: placeat nostrū hoc tibi tēpore munus,  
Quo noua cum sociis fœdera inire paras.

Difficile est, nisi docto homini, tot tēdere chordas  
Vnāque si fuerit non bene tenta fides,  
Ruptāve (quod facile est) ferit omnis gratia cōchē  
Illēque præcellens cantus, ineptus erit.

Sic Itali coëunt proceres in fœdera concors  
Nil est quod timeas, si tibi constet amor.  
At si aliquis desciscat (vti plerumque videmus)  
In nihilum illa omnis soluitur harmonia.

Concordis, aut discordis Lyræ ad Maximilianum Mediolani  
Ducem missæ comparatio, cum fœderibus, ac factionibus Itali-  
tis: Indicans inquietam esse concordiam.



Cum tacet, haud quicquā differt sapiētibus amēs.  
 Stultiæ est index linguāque, vōxque suæ.  
 Ergo premat labia, digitōque silentia signet:  
 Et fese Pharium vertat in Harpocratem.

Prudentiam hominis, aut stultitiam, sermo arguit.

F I D E S.  
Non vulganda consilia.

M



Limine quod cæco, obscura & caligine monstrum  
Gnosiacis clausit Dædalus in latebris,  
Depictum Romana Phalanx in prælia gestat,  
Semiuiróque nitent signa superba boue,  
Nósque monent, debere ducum secreta latere  
Consilia. autori cognita techna nocet.

Consilia in rebus maximè bellicis sunt occultanda.

(2) Senatus. Populus. Que Romanus.

Nec quæstioni quidem cedendum.



Cecropia effictam quam cernis in arce leænam,  
 Harmodij (an nescis hospes?) amica fuit.  
 Sic animum placuit monstrare viraginis acrem  
 More feræ, nomen vel quia tale tulit.  
 Quòd fidibus contorta, suo non prodidit ullus  
 Indicio, clingue in reddidit Iphicrates.

Meretricis exemplo amatoribus etiā per tormenta fidæ, Cou-  
 flantiæ plusquam virginis ostenditur imago.

Consilio & virtute Chymæram superari,  
id est, fortiores & deceptores.



Bellerophon (ut fons eques) superare Chimæram  
Et Lycij poruit sternere monstra soli.  
Sic tu Pegaseis vectus petis æthera pennis:  
Consilioque animi monstra superba domas.

Bellerophontis fabula, qui Chimæram inaccessum montem  
superauit: docet dextima consilia viribus præstare in iis confi-  
ciendis quæ difficultima videntur.



Instantis quod signa canens det gallus eoi.

Et reuocet famulas ad noua pensa manus:  
Turribus in sacris effingitur, ærea mentem

Ad superos peluis quod reuocet vigilem,  
Est leo, sed custos oculis quia dormit apertis:

Templorum idcirco ponitur ante fores.

Duobus ipsis animalium Agalmatis ad tempora statutis, ad-  
moneatur Ecclesiasticus Pastor, gregem sibi commissum, vigi-  
lantisimè custodire.

Νῦν μέμνονται τις τινες ταῦτα τὸ φρεστόν.

Sobrietate vivendum, & non temere credendum.



Ne credas, ne (Epicharmus ait) non sobrius esto,  
 Hi nerui, humanæ membraque mentis erunt:  
 Ecce oculata manus credens id quod videt. Ecce  
 Pulegium, antiquæ sobrietatis olus,  
 Quo turbam ostendo sedanerit Heraclitus,  
 Mulxerit & tumida seditione grauem.

Ebrietatis temulentia, & credulitatis temeritas, à sapienti ab-  
 fint. Oculus in vola manus, certitudo est rerum sensu percepta-  
 rum. Pulegium vero sit, & vinolentiaz contrarium.

Πῶ παρείσθι; Τί δὲ ἐπέφας; Τί μοι δίωρ, ἢν οὐδίδω;  
 Quid excessi? Quid admisi? Quid omisi?



Italicæ Samius sectæ celeberrimus autor  
 Ipse suum clausit carmine dogma breui,  
 Quò prætergressus? quid agis? quid omittis agēdū?  
 Hanc rationem vrgens reddere quémque sibi.  
 Quod didicisse gruū volitantū ex agmine fertur,  
 Arreptum gestant quæ pedibus lapidi,  
 Ne cessent, neu transuersas mala flamina raptent,  
 Qua ratione hominum vita regenda fuit.

Omne vitium est aut in admisso malo ( quod N I M I V M est ) aut omisso bono ( quod N O N ) aut officio non satis præstato ( quod P A R V M agere ) Quorum exemplum Grues ostendunt, quæ in volatu lapides viribus æquales, &c iusto pondere libratos gestant . Ut ne nihil tollant , ne nimium se efferant : ne parum sint ad ventorum vim faburata . Atque horum trium rationem quotidie sapiens à seipso exigit .





Iane bisfrons, qui iam transfacta, futuraque calles,  
 Quique retro fannas (sicut & ante) vides.  
 Tot te cur oculis, tot fingunt vultibus? an quod  
 Circunspectum hominem forma fuisse docet?

Sapientia sedem habet in capite. Proinde biceps Janus sa-  
 pienteni signat: cui est praeteritorum memoria, & futurorum  
 prouidentia.

Prudens, magis quam loquax.



Noctua Cecropiis insignia praestat Athenis,

Inter aues sani noctua consilij.

Atriniferæ meritò obsequiis sacrata Mineruæ est,

Garrula quo cornix cesserat ante loco.

Noctua tacitæ Prudentiæ nota erat Athenis sapientiæ studio nobilibus. Nam ut noctua parum admòdum vocalis est, at in tenebris oculatissima : Sic & prudens verborum vir est paucorum, & in obscuris perspicax;



Maturare iubent properè, & cunctatier omnes,  
 Ne nimium præceps, neu mora longa nimis.  
 Hoc tibi declaret connexum Echeneide telum,  
 Hæc tarda est, volitant spicula missa manu.

In omni actu necessaria est maturitas, virtus inter nimiam celeritatem, ac tarditatem media, quæ Echeneide concha, naues remorante, & volucri iaculo, figurantur.



Iandudum quacunque fugis te persequor : at nunc  
 Caſibus in nostris denique captus ades.  
 Amplius haud poteris vires eludere nostras,  
 Ficulno anguillam strinximus in folio.

Elabens fallacis fides, vi adstringenda est : quemadmodum  
 ficulni folij asperitate, lubrica anguilla retinetur.



Vera hæc effigies innuptæ est Palladis : eius  
Hic draco, qui dominæ constitit ante pedes.  
Cur diuæ comes hoc animal? custodia rerum  
Huic data: sic lucos, sacrâ que templa colit.  
Innuptas opus est cura asseruare puellas  
Peruigili, laqueos vndique tendit amor.

Pallas virgo, puellas virgines, Draco vigil, earum custo-  
diam significat.

Vino

Vino prudentiam augeri.



Hæc Bacchus pater, & Pallas communiter ambo  
 Templa tenent, soboles vtraque vera Iouis:  
 Hæc caput, ille femur soluit : huic usus oliui  
 Debitus, inuenit primus at ille merum.  
 Iunguntur meritò: quod si qui abstemius odit  
 Vina: Deæ nullum sentiet auxilium.

Minerua doctorum ingeniorum præses, Bacchus vini, utriusque largitor Deus. Bonum autem vinum acuit ingenium, si moderatè sumatur.

Prudentes vino abstinent.



*Quid me vexatis rami? sum Palladis arbor:  
Auferte hinc botros, virgo fugit Bromium.*

Sapientes, præfertim fœminæ, à vino temperent.

In statuam Bacchi.

## DIALOGISMVS.



Bacche pater, quis te mortali lumine nouit?  
 Et docta effinxit quis tua membra manu?  
 Praxiteles, qui me rapientem Gnosida vidit:  
 Atque illo pinxit tempore qualis eram.  
 Cur iuuenis, teneraque etiam lanugine vernal  
 Barba, queas Pylium cum superare senem?  
 Muneribus quandoque meis si parcere disces  
 Iunior, & forti peccore semper eris.  
 Tympana non manibus, capiti non cornua desunt:  
 Quos (nisi dementeis) talia signa decent?

Hæc doceo, nostro quod abusus munere sumit  
 Cornua : & insanus mollia fistra quatit,  
 Quid vult ille color membris penè igneus? (omen  
 Absit ) an humanis vreris ipse foci?  
 Cùm Semeles de ventre parens me fulmine traxit  
 Igniuomo: infectum puluere mersit aquis.  
 Hinc sapit hic, liquidis qui nos bene diluit vndis:  
 Qui non ardenti torret ab igne iecur.  
 Sed nunc me doceas qui vis miscerier? & qua  
 Te sanus tutum prendere lego queat?  
 Quadrātem addat aquæ, calicem sumpsisse falerni  
 Qui cupit, hoc sumi pocula more iuuat.  
 Stes intra heminas: nam qui procedere tendit  
 Ultrà: alacer, sed mox ebrius inde furit.  
 Res dura hæc nimium, sunt pendula guttura, dulce  
 Tu fluis. Heu facile commoda nulla cadunt.

Temulentia senium accelerat, sensus hebetat, intestina adu-  
 git. Quare vino exigua mensura parcendum, & idem aqua  
 diluendum.



## Gramen.



Gramineam Fabio patres tribuere corollam,  
 Fregerat ut Pœnos Hannibalémque mora.  
 Occulit inflexo nidum sibi gramine alauda,  
 Vulgo aiunt, pullos sic fouet illa suos.  
 Saturno Martique sacrum, quo Glaucus adesō  
 Polybides, factus creditur esse Deus.  
 His meritò arguitur modis tutela salúsque,  
 Herbáque tot vires, hæc digitalis habet.

## IVSTITIA.

Nec verbo, nec facto quenquam lèdendum.



Assequitur, Nemesisque virum vestigia seruat,  
 Continet & cubitum, duraque frena manu,  
 Ne male quid facias, neve improba verba loquaris  
 Et iubet in cunctis rebus adesse modum.

Nemesis Dea est malectorum, aut improbec dictorum vin-  
 decx, cuius formido manum à maleficio, linguam à maledicto  
 cohæbet.



Aeacide Hectoro perfusum sanguine scutum,  
 Quod Græcorum Ithaco concio iniqua dedit:  
 Iustior arripuit Neptunus in æquora iaustum  
     Naufragio, ut dominum posset adire suum.  
 Littoreo Aiakis tumulo nanque intulit vnda,  
     Quæ boat, & tali voce sepulchra ferit:  
 Vicisti Thelamoniade, tu dignior armis.  
     Affectus fas est cedere iustitiæ.

Ex historia armorū Achillis iniusto Græcorū aresto adjudicato-  
 rum Vlyssi, contra Aiacem, (qui iudicij indignitate se ipsum  
 interfecit) & naufragi clypei ad sepulchrū eius appulsi euentu,  
 intelligendum est, iustitiam tandem omnes hominū calumnias  
 iniquosque fauores superare.

Etiam ferociissimos domari.



Romanū postquam eloquiū, Cicerone perempto,  
 Perdiderat patriæ pestis acerba suæ:  
 Incendit currus viator, iunxitque leones,  
 Compulit & durum colla subire iugum,  
 Magnanimos cessisse suis Antonius armis,  
 Ambage hac cupiens significare duces:

Nulla tanta est feritas, quæ non aut arte cícurari, aut vi do-  
 mari possit, tam in belluis quam in hominibus.



Aërio insignis pietate Ciconia nido,  
Inuestes pullos pignora grata fouet.  
Taliaque expectat sibi munera mutua reddi  
Auxilio hoc quoties mater egebit anus.  
Nec pia spem soboles fallit, sed fessa parentum  
Corpora fert humeris, præstat & ore cibos.

Voluerum exemplo docentur homines à parentibus, quod  
est acceptam à parentibus educationem, iisdem referre senio  
defectis.

## Abstinentia.



Marimoreæ in tumulis vna stat parte columnæ  
 Urceus, ex alia cernere malluum est.  
 Ius hæc forma monet dictum sine fordibus esse,  
 Defunctum puras atque habuisse manus.

Iudex iustus à muneribus capiendis abstinet,

Bonis à diuitibus nihil time idum.



Iunctus contiguo Marius mihi pariete , necnon  
 Subbardus, nostri nomina nota fori,  
 Aedificant bene nummati , sat aguntque, vel vltro  
 Obstruere heu nostris vndique luminibus.  
 Me miserum, geminæ quæ tanquam Phinea raptat  
 Harpyiae, ut propriis sedibus ciiciant.  
 Integritas nostra, atque animus quæfitor honesti,  
 His nisi sint Zetes, his nisi sint Calais.  
 Fabula Phinei, & Harpyiarum Regiam eius infestantiū (quas  
 Calais & Zetes volucres pueri sugarint) indicat plerosque vires  
 bonorum possessionibus suis extrudi, per opulentos vicinos, nisi boni  
 animo, ac virtute vindicengur.

FORTITVDO.  
DIALOGISMVS.



Quæ te causa mouet volucris Saturnia, magni  
 Ut tumulo insideas ardua Aristomenis?  
 Hoc moneo, Quantū inter aues ego robore preſto,  
 Tantū Semideos inter Aristomenes.  
 Insideant timidæ timidorum buſta columbæ,  
 Nos aquilæ intrepidis signa benigna damus.  
 Conſidetur est hoc Emblema in gratiam Caroli Imp. qui Aqui  
 lati in ſcuto geſtar, ipsuſa comparans fortissimo & inuicto Duci  
 Aristomeni Melleño,

*Adixit regi amixit.  
Sustine, ei abstine.*



Et toleranda homini tristis fortuna ferendo est.

Et nimium felix saepe timenda fuit.

Sustine (Epictetus dicebat) & abstine oportet

Multa pati, illicitis absque tenere manus.

Sic ducis imperium vincitus fert poplite taurus.

In dextro : sic se continet à grauidis.

Taurus validus, & ad venerem potens, homini tamen longè  
infirmiori subseruiens, & à boue grauida abstinenſ, patientia,  
& continentia præbet exemplum.



Scire cupis dominos toties cur Thessalis ora  
 Mutet, & ut varios querat habere duces?  
 Nescit adulari cuiquam obtrudere palpum,  
 Regia quem morem principis omnis habet.  
 Sed veluti ingenuus sonipes, dorso excutit omnē,  
 Qui moderari ipsum nesciat Hippocomon,  
 Nec saeire tamen domino fas. vltio sola est,  
 Dura ferum ut iubeat ferre lupata magis.  
 Popularis rebellio ob iniquiorem magistratus administratio-  
 nem concitatur.

Obdurandum aduersus vrgentia.



Nititur in pondus palma, & consurgit in arcum,  
 Quò magis & premitur, hōc mage tollit onus.  
 Fert & odoratas bellaria dulcia glandes,  
 Quæis mensas inter primus habetur i<sup>o</sup>nos.  
 I puer, & reptans ramis has collige, mentis  
 Qui constantis erit, præmia digna ferer.

Quibuscumque aduersis obuenientibus, bene cœpta non sunt  
 omittenda, quin constanter peragenda, ad felicis eueniūs finē,



Hunnus inops Scythiciq; miserrimus accola p̄ti,  
 Vstus perpetuo liuida membra gelu.  
Qi Cereris non nouit opes, nec dona Lyæi,  
 Et pretiosa tanien stragula semper habet:  
 Nam murinæ illum persti ingunt vndique pelles,  
 Lumina sola patent, cætera opertus agit.  
 Sic furem haud metuit, sic v̄tos temnit & imbræ,  
 Tuttus apudque viros, tutus apudque deos.

CONCOR

## CONCORDIA.

## Concordiae Symbolum.



Cornicum mira inter se concordia vitæ est,  
Mutua, st̄atque illis intemerata fides.  
Hinc volucres hæc sceptræ gerūt, q̄ scilicet omnes  
Consensu populi, st̄antque, cadūntque duces:  
Quem si de medio tollas, discordia præceps  
Aduolat, & secum regia fata trahit.

Hoc illud est quod Salustianus Miciplsa dixit, Concordia ses  
p̄m̄z crescunt: discordia magnæ dilabuntur.

D



In bellum ciuile duces cùm Roma pararet,  
 Viribus & caderet Martia terra suis:  
 Mos fuit in partes turmis coëuntibus, eisdem  
 Coniunctas dextræ mutua dona dare.  
 Fœderis hæc species, id habet concordia signum,  
 Ut quos iungit amor, iungat & ipsa manus.  
 Ciuius fidei commune signum est, Dextram iungere dextræ.

CONCORDIA.  
Concordia insuperabilis.



Tergeminos inter fuerat concordia fratres,  
Tanta simul pietas mutua, & unus amor:  
Inuicti humanis ut viribus ampla tenerent  
Regna, uno dicti nomine Geryonis.

Concordia inuictos facit vniuersos: qui singuli debiles forent.

D. 2

Vnum nihil, duos plurimum posse.



Laérte genitum, genitum quoque Tydeos vnā,  
 Hac cera expressit Zenalis apta manus.  
 Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis,  
 Nec tamen alterius non eget alter ope.  
 Cùm duo coniuncti veniunt victoria certa est,  
 Solum mens hominem dextrâve destituit.

Maximis rebus gerendis, robur corporis, prudentia animi in-  
 diget: niderem & prudens animus, corporis virilis, & dexterita-  
 te opus habet.

Firmissima conuelli non posse.



Oceanus quamuis fluctus pater excitet omnes:  
 Danubiūmque omnem barbare Turca bibas,  
 Non tamen irrumpes perfracto limite: Cæsar  
 Dum Charlus populis bellica signa dabit.  
 Sic sacræ quercus firmis radicibus astant,  
 Sicca licet venti concutiant folia.

Hoc Emblema applaudit Carolo V. Imp. qui Turcas Vienam  
 Austrasiaz arcuit.



Innumeris agitur res publica nostra procellis,  
 Et spes venturę sola salutis adest:  
 Non secus ac nauis medio circum e quore, venti  
 Quam rapiunt falsis, iamque fatiscit aquis.  
 Quod si Helenę adueniant lucetia sydera fratres:  
 Amissos animos spes bona restituit.

Methaphora à naui tempestatisbus acta. ad Reipub. coniurationibus vexatam: itēmque à Dioccurorum luminibus salutiferis, ad ciuitatum defensores, aut boni Principis, vel Gubernatoris aduentum. Qui Castoris & Pollucis ignes in tempestate gerunt, apparentes, proximam salutem nautis nallicentem.

In simulacrum spei.  
DIALOGISMVS.



Quæ Dea tam lēto suspectans sydera vult?  
 Cuius peniculis redditā imago fuit?  
 Elpidij fecere manus : ego nominor illa,  
 Quæ miseris promptā spes bona prēstat opem.  
 Cur viridis tibi pallia? Quod omnia me duce vernēt  
 Quid manibus mortis tela refracta geris?  
 Quod viuos sperare decet, prēcido sepultis.  
 Cur in doliori tegmine pigra sedes?

Sola domi mansi volitantibus vndique noxis,  
 Ascræi vt docuit musa verenda senis.  
 Quæ tibi adest volucris? Corñix fidissimus oscen,  
 Est bene cùm nequeat dicere : dicit, Erit.  
 Qui comites? Bonus euentus, præcepsque Cupido,  
 Qui præeunt? vigilum somnia vana vocant.  
 Quæ tibi iuncta astat? Scelerum Rhānusia vindex,  
 Scilicet vt spes nil nisi quod liceat.

Spei descriptio, quæ lætum hominem reddit, adusque mortem comitatur, nec etiam morte relinquit, quæ vnum est calamitosis solatium, nihil non expectat, meliusque semper in cratinum & ad votum sibi somnia fingit. In summa iucundissima est, & optima comes, nisi cùm arrogans est, & immodesta, spes nanque ambitionis & immoderata vlciscitur vindex Nemesis contraria temerè, aut nimium spesantibus.



In dies meliora.



Rostra nouo mihi setigeri suis obtulit anno,  
 Hæcque cliens ventri xenia (dixit) habet.  
 Progreditur semper, nec retro respicit vñquam  
 Gramina cùm pando proruit ore vorax.  
 Cura viris eadem est, ne spes sublapsa retrorsum  
 Cedat: & vt melius sit, quod & vñterius.

Rustica comparatio porci in pastu progredientis, ad Carolum  
 V. Imper. ciùsque symbolon V L T E R I V S, quo ostenditur  
 semper in melius procedendum.

Illicitum non sperandum.



Spes simul, & Nemesis nostris altaribus adsunt,  
Scilicet ut spes non nisi quod licet.

Vtio vanas testuerat opera spes presumptas prosequitur,

## P V D I C I T I A.



Porphyrio domini si incestet in cibis vxor,  
 Despondetque animum, praeque dolore perit.  
 Abdita in arcanis natura est causa, sit index  
 Syncerè hęc volucris certa pudicitia.

## PERFIDIA.

## VITIA.

In victoriam dolo partam.



Aiacis tumulum lachrymis ego perluo virtus,  
 Heu misera albentes dilacerata comas.  
 Scilicet hoc restabat adhuč, ut iudice Græco  
 Vincerer: & causa stet potiore dolus.

A falsis iudicibus pervertitur ius, lachrymantibus frustra be-  
 nis viris.



Marua lacerta, artis ite latus corp'ora guttis  
 Stellio, qui latebras & cauabusta colit,  
 Inuidiae prauique doli fert symbola pictus.  
 Heu nimiūm nuribus cognita zelotypis.  
 Nam turpi obtegitur faciem lentigine quisquis,  
 Sit quibus immersus Stellio, vina bibat.  
 Hinc vindicta frequens decepta pellice vino,  
 Quam formae amissio flore relinquit amans,  
 Natura noxiis animalibus certas indidit notas malignitatis  
 ind'ces, vt stellioni nigricantes maculas, stellatim cuti aspersas,  
 que in eorum facie pullulant, qui vinum stellione suffocato in-  
 fectum biberint. Atque hoc dolo zelotypæ mulieres Italæ propi-  
 nationis specie formosarum facies suspe&tarum deturpant.



Altilis alectator anas, & cœrula pennis  
Adsueta ad dominos ire redire suos.  
Congeneres cernens volitare per aëra turmas,  
Garrit: in illarum se recipitque gregem;  
Prætenſa incautas donec sub retia ducat.  
Obstrepitant capte, conscientia at ipsa filet.  
Perfida cognato se sanguine polluit ales  
Officiosa aliis, exitiosa suis.

Anatum domesticarum, sylvestres in laqueos illectantium  
militudo, cum Glauconibus suæ gentis proditoribus.

## Maledicentia.



Archilochi tumulo insculptas de marmore vespas  
Ella ferunt, linguae certa sigilla male.

Jambographus Archilochus Græcus Poëta, maledicentissimus  
repræficitat quemlibet vel verbo, vel scripto petulantem, cæto-  
ra inutilem: cuiusmodi sunt vespæ, quæ magno cum murmure  
acriter pungunt. Cæterum neque mel, neque ceram fingunt.





Latronum furūmque manus tibi sœua per urbem  
 It comes: & diris cincta cohors gladiis.  
 Atque ita te mentis generosum prodige censes,  
 Quod tua complures allicit olla malos.  
 En nouus Actæon, qui postquam cornua sumpfit,  
 In prædam canibus se dedit ipse suis.

Fingitur Actæon à propriis canibus disceptus sic & falsæ no-  
 bilitatis affectatores, adulantum, & audaculorum maceropho-  
 rion turba stipati sensum hominis perdunt, & superbiæ cornua,  
 attollentes, nō Cerui, sed Serui tandem fiunt suo satellitio, cui &  
 se, & suas iubstantias comedendas, & diripiendas suggesserunt.



Semper hiat, semper tenucm qua vescitur auram,  
Reciprocat Chamæleon.

Et mutat faciem, varios sumitque colores,  
Præter rubrum, vel candidum.

Sic & adulator populari vescitur aura,  
Hiānsque cuncta deuorat.

Et solum mores imitatur principis atros,  
Albi & pudici nescius.

Chamæleon, animalculū solo aëre viens, & cutis colorē ad  
quocunque subiectum subinde mutans, excepto rubro & albo.  
Adulatorē signat, qui se ad domini cuiuslibet naturam effingit,  
prætes tamen puram simplicitatem, castumque pudore, quarum  
quidē virtutū, hęc rubore, illa cādore tincta est.

Ei qui semel sua prodegerit, aliena credi non oportere.



Colchidos in gremio nidum quid congeris? eheu  
 Nescia cur pullos tam malè credis quis?  
 Dira parens Medæa suos sanguissima natos  
 Perdidit, & speras parcat ut illa tuis?

Qui malè rem priuatam administrat, ei ne publica gubernanda creditur. Exemplo hirundinis nidificatis in sinu Medæa quæ cùm suos liberos occiderit: temerè illi suos pullos dat custodiendos Hirundo,

## STVL TITIA.

## Temeritas.



In præceps rapitur, frustra quoque tendit habenas  
 Auriga: effreni quem vehit oris equus.  
 Haud facile huic credas, ratio quē nulla gubernat,  
 Et temerè proprio ducitur arbitrio.



Ora gerit clypeus rabiosi picta leonis,  
 Et scriptum in summo margine carmen habet:  
 Hic hominum est terror, cuius possessor Atrida  
 Talia magnanimus signa Agamemno tulit.

Militum immanitatem sanguinariorum testantur vel ipsa seu  
 ta, sevissimarum belluarum imaginibus, crudeliumque Senten-  
 tiarum tirulis figurata.

In temerarios.



Aspicis aurigam currus Phaëtonta paterni  
 Igniuomos ausum flectere Solis equos.  
 Maxima qui postquam terris incendia sparxit:  
 Est temerè insesso lapsus ab axe miser.  
 Sic plerique rotis fortunæ ad sydera Reges  
 Euecti, ambitio quos iuuenilis agit:  
 Post magnā humani generis cladēmque, suāmque,  
 Cunctorum pœnas dēnique dant scelerum.  
 Non fidendum iis qui impetu voluntatis, nō ratione feruntur.  
 Temerarij Principes, & se & suos euerūt per iūntque funiitius,  
 ac dēnique temeritatis suæ dant pœnas.

In eos qui supra vires quicquam audent.



Dum dormit, dulci recreat dum corpora somno  
 Sub picea, & clauam, cæteraque arma tenet,  
 Alciden Pygmæa manus prosternere letho  
 Posse putat, vires non bene docta suas.  
 Excitus ipse, velut pulices, sic proterit hostem,  
 Et saeui implicitum pelle leonis agit.

Cum fortiori non est congregendum.

## Impossibile.



Abluis Aethiopem quid frustra h[ab]et desine, noctis  
Illustrare nigra nemo potest tenebras.

Vitia naturæ sive animi, sive corporis, tolli non possunt.



Ruricolas, agreste genus, plerique cuculos  
 Cur vocitent, quænam prodita causa fuit?  
 Vere nouo cantat Coccix, quo tempore vites  
 Qui non absoluit, iure notatur iners.  
 Fert oua in nidos alienos, qualiter ille  
 Cui thalamum prodit vxor adulterio.

Cuculi (ut vulgus putat) non ij sunt, quorum vxores sunt im-  
 pudicæ: At contrà qui alienis vxoribus, & thalamis incubant.  
 Vocabulo nimirum ab auis natura sumpto, qui in Curucæ nido  
 iba oua ponit, ab alia avi fouenda,



Assumpsisse suum volucris ex Meneide nomen,  
 Socraticum autores Chœrophoonta ferunt.  
 Fusca viro facies, & stolidens vocula, tali  
 Hunc hominem potuit commaculare nota.

E s



Vesperè quæ tantùm volitat; quæ lumine lusca est,  
 Quæ cùm alas gestet, cætera muris habet,  
 Ad res diuersas trahitur, mala nomina primùm  
 Signat: quæ latitant, iudiciúmque timent.  
 Inde & philosophos, qui dum cœlestia quærunt,  
 Caligant oculis, falsaque sola vident.  
 Tandem & versutos, cùm clam sectentur utrūque,  
 Acquirunt neutra qui sibi parte fidem.

## Ira.



Alcæam veteres caudam dixere Leonis,  
 Quæ stimulante iras concipit ille graues.  
 Lutea cùm surgit bilis, crudescit & atro  
 Felle dolor, furias excitat indomitas.

Ira rationem deturbat, atque ita hominem mutat in furio-  
 sa bestiam, quæ sibi ipsi nocet.

In eum, qui sibi ipsi damnum apparat.



Capra lupum non sponte meo nunc vbere lacto,  
 Quod imale pastoris prouida cura iubet.  
 Creuerit ille simul, mea me post vbera pascet.  
 Improbitas nullo flectitur obsequio.

Plerique eos, à quibus perdentur, alunt.

## Fatuitas.



Miraris nostro quòd carmine diceris Otus,  
 Sit vetus à proavis cùm tibi nomen Otho.  
 Aurita est, similes, & habet ceu noctua plumas,  
 Saltantémque auceps mancipat aptus auem.  
 Hinc fatuos, captu & faciles, nos dicimus otos,  
 Hoc tibi conueniens tu quoque nomen habe.

A moribus, animalium quorundam naturam referentibus in-  
 dita fuere nonnullis nomina, vt Asiniis, Porciis, Verribus, Aqui-  
 liis, Vulgiis Galbis, sic & Othonibus ab Othide aue, stolida, tar-  
 disimi volatus, & facillimi captus. ( Nam vt habet versiculos)  
 Conuenient rebus nomina sive suis.



Cùm lupus esuriens mandit ceruarius escam,  
 Præque fame captum deuorat hinnuleum,  
 Respiciat si forte aliò, vel lumina vertat,  
 Præsentem oblitus, quem tenet vngue cibum,  
 Quæritat incertam (tanta est obliuio) prædam.  
 Qui sua neglexit, stultè aliena petit.

## S V P E R B I A.



En statuæ statua, & ductum de marmore marmor,  
Se conferre deis ausa procax Niobe.  
Est virtùm muliebre superbìa, & arguit oris  
Duritiem, ac sensus, qualis inest lapidi.

Thebarū Regina Niobe ob peruicacē superbiam mutata in duram è saxo statuā: sub figmento tegit potentum mulierum superbiam: tyrannidem, duritiē inflexam, & rigiditatē implacabilem  
qualis est in rigenti saxo.

## Impudentia.



Pube tenus mulier, succincta latrantibus infra  
 Monstrorum catulis, Scylla biformis erat.  
 Monstra punitantur avarities, audacia, raptus.  
 At Scylla est nullus cui sit in ore pudor.

Scylla monstro, aut rupe in mari, supra ore virgineo, infra caninis baubantium capitibus nota<sup>re</sup> extera viri, vel fœminæ forma decora, quæ intus tribus est caninis rabida yitiis, Inuidia, Rapina, & improba audacia, atque impudentia.

*Φιλαυτία.  
Philautia.*



Quod nimium tua forma tibi Narcisse placebat,  
In florem, & noti est versa stuporis olus.  
Ingenij est marcor, cladésque Philautia, doctos  
Quæ pessum plures, dátque deditqne viros:  
Qui veterū abiecta methodo, noua dogmata quæ-  
Nilq; suas præter tradere phantasias. (runt;

*philautia* efficit, ut suipius admirator, melioribus alio-  
num operibus relictis sua tantum amet, & prober, idq; noui sine  
suo magno malo, qui florem sine fructu protulit.



Quid matutinos Progne mihi garrula somnos  
Rumpis? & obstrepera Daulias ore canis?  
Dignus Epops Tereus, qui maluit ensē putare,  
Quām linguam immodicam stirpitūs cruere.

Vt Progne stupratoe Tereo linguę plectro truncata, in garrulam hirundinem versa singiturnic qui farimicuſ bene norūt, aut possunt: id magis male afficitant, & sunt feiē loquaciores, carie-  
risque obstreperentes.

## INVIDIA.



Squallida yipereas manducans fermina carnes,  
 Cuīque dolent oculi, quæque suum cor edit.  
 Quam macies, & pallor habent, spinosaque gestat  
 Tela manu. Talis pingitur inuidia.

Inuidus suis pascitur virulentis cogitationibus, alterius han-  
 dum ægrè videt, scipsum consumit, & lingua pungit maledi-  
 cū aculeata.



Eruca capipes redimitus tempora Faunus  
 Immodicæ Veneris symbola certa refert.  
 Est eruca salax, indéxque libidinis hircus,  
 Et Satyri nymphas semper amare solent.

Hæc libidinis imago sumpta est ab erucae herbæ (quæ Venera ciet) & salacis hirci natura: Innuens libidinem in affectu ardere, in actu fætere.



Rupibus aëtis summique crepidine saxi  
Immites fructus ficus acerba parit, ( nix,  
Quos corui comedunt, quos deuorat improba cor-  
Qui nihil humanæ commoditatis habent.  
Sic fatuorum opibus parasiti, & scorta fruuntur:  
Et nulla iustos vtilitate iuant.

Stultorum dixitum opibus fruuntur tantum improbi, lenones,  
megetrices, & adulatores.

Tumulus meretricis.

Διαδοχίστιμος.



Quis tumulus? Cuiā vrna? Ephyrae est Laīdos: ab  
Erubuit tantum perdere Parca decus: [non  
Nulla fuit tum forma, illam iam carpserat ætas,  
Iam speculum Veneri cauta dicarat anus.

Quid sculptus sibi vult aries, quem parte leæna

Vngibus apprehensum posteriore tenet?  
Non aliter capros quòd & ipsa teneret amantes,

Vir grægis est aries, clune tenetur amans.

Nobilitimū scortū Lais Corinthia, hoc simulacrum suo tumulo  
statui voluit. Meretriciā rapinā leqna, amatorū stoliditatē ariete  
pecude deglubili, & libidinem posticis membris designans,

In amatores meretricum.



Villoſe indutus piscator reginina capra;  
 Addidit ut capiti cornua bina ſuo,  
 Fallit amatorem ſtans ſummo in littore Sargum,  
 In laqueos ſimiles quem gregis ardor agit.  
 Capra refert ſcoreum, ſimilis fit Sargus amanti,  
 Qui miſer obſcene captus amore perit.

Hic rideatur iuuenilis amatorum facilitas, qui in quodvis for-  
 mæ obiectū, vel cap: & etiam laruatæ ſpectrum exardescunt.

## Cauendum à meretricibus.



Sole satæ Circes tam magna potentia fertur,  
 Verterit ut multos in noua monstra viros.  
 Testis equum domitor Picus, tum Scylla biformis,  
 Atque Ithaci postquam vina bibere sues.  
 Indicat illustri meretricem nomine Circe,  
 Et rationem animi perdere, quisquis amat.

A meretricibus efferantur homines, mutanturque in bellus,  
 dum scilicet sunt libidinosi ut hirci, gulosi ut sues, inuidi &c. ri-  
 xosi ut canes, inertes ut asini.



Inguina dente fero suffossum Cypris Adonin  
 La<sup>t</sup>uc<sup>a</sup> foliis condidit exanimem,  
 Hinc genitali aruo tantum lactuca resistit,  
 Quantum cruca salax vix stimulare potest.

Eruca Venerem inflammat, lactuca extinguit: per quas certe  
 herbas contraria facultatis, id intelligitur quod temperata vi-  
 quis ratio libidinis ardorem restinguat: quem luxurie & astotie  
 incendit &c alit.



Ne dirus te vincat amor, neu fœmina mentem  
 Diripiatur magicis artibus villa tuam:  
 Bacchica avis præsto tibi motacilla paretur,  
 Quam quadriradiam circuli in orbe loces:  
 Ore crucem & cauda, & geminis ut complicet alis,  
 Tale amuletu[m] carminis omnis erit.  
 Dicitur hoc Veneris signo Pegasus Iason  
 Phastacis l[oc]i non potuisse dolis.

Bacchi avis Motacilla est, à mou caudæ sic appellata. Libidinosum scilicet ceu stis, aut crissatis metu nos:as, que, vt in imagine est, intra sphēram in figurā crucis exposita subindicat, crucis gendas esse, vt Paulus ait, concupiscentias in hoc orbe.

Lascitiz.

## P R O B L E M A.



Delicias, & molliciem mus creditur albus  
 Arguere, at ratio non sat aperta mihi est.  
 An quod ei natura salax, & multa libido est?  
 Ornat Romanas an quia pelle nurus?  
 Sarmaticum nurem vocitante plerique Zibellum,  
 Et celebris suavi est vnguine muscus Arabs.

Mure araneo, Aeluro zibellino, & musco Arabico, calidissimis  
 videlicet bestiolis, ac odorantibus nobilium fœminarū notatur  
 mollices, in cultu corporis pretiosis talium animalculorum pelli-  
 bus delicatis fouendo, & ornando, & suffitu odoratoadolendo.

D E S I D I A.  
Desidia.




Désidet in medio Essæus, speculator ad astra,  
Subtus & accensam contegit igne faciem.  
Sugnities specie recti, velata cuculo,  
Non se, non alios vtilitate iuuat.

Religionis falsa species, & vitæ cōtemplatiūz prætextus, præ-  
tenditur inertio, quod virtutum lumen extinguit, & vitiis  
alimenta ministrat.



Quisquis iners abeat. Nā in chœnice figere sedc,  
Nos prohibent Samij dogmata sancta senis.  
Surge igitur, duróque manus adsuesce labori,  
Det tibi dimensos craftina vt hora cibos.

Linquenda est pigritia, quæ quod adest aspicit: & sequenda di-  
ligentia: quæ quod futurum est, prospicit.



Parua velut limax s' reto Remora impete venti,  
Remorūque, ratem sistere sola potest.  
Sic quosdam ingenio, & virtute ad sydera vectos,  
Detinet in medio tramite causa leuis.  
Anxia lis veluti est: vel qui intereticins ardor:  
Egregiis iuuenes seuocat à studiis.

Modica occasio prōperantes ad studia adolescentes plerūque  
retardat: non aliter quam Remora per exiguum conchylion, oc-  
culto quadam vi naturæ, naues, velis, ventis, & temnis impulsa  
remoratur.



gnauj Ardeolam stellatum effingere serui.

Et studia, & mores fabula prisca fuit.

Quæ famulum Asteriā volucris sumpsisse figuram

Est commenta: fides sit penes historicos.

Degener hic veluti qui ceuet in aëre falco est,

Dictus ab antiquis vatibus ardelio.

Stellata Ardeola, aui ceuentis in aëre morus, nullius autē ygas,  
figuratur inutilis seruus, qui non agit, sed fatagit. Aut potius  
quis qui omnia profitetur, um nihil sciat, quem veteres Arde-  
onim vocarunt, qualis Attalus apud Martialem.

## AVARITIA.



Heu miser in mediis sitiens stat Tantalus vndis,  
 Et poma esuriens proxima habere nequit.  
 Nomine mutato de te id dicetur auare,  
 Qui, quasi non habeas, non frueris quod habes.

Suos iam in hoc seculo patiuntur manes auari homines , hoc  
 suppicio damnati, vt Tantalus , mediis immersi opibus , ne illis  
 frui possint.



Septitus populos inter ditissimus omnes,  
 Arua senex nullus quo magis ampla tenet:  
 Defraudans geniumque suum, mensasque paratas,  
 Nil preter betas, duraque rapa vorat.  
 Cui similem dicā hunc, inopē quem copia reddit?  
 An ne asino? Sic est: instar hic eius habet.  
 Namque asinus dorso pretiosa obsonia gestat:  
 Séque rubo, aut dura carice pauper alit.  
 Nę asinus verè is est, qui frumento, vino, pecore, altibus a-  
 bundans, pane mucido, lardo rancido, &c va; pa viñi . .



Vana Palatinos quos educat aula clientes,  
Dicitur auratis nectere compedibus.

Aulica vita omniū est longè miserrima , &c seruituti obnoxia.  
Quam tamen qui semel subiere, eam, aut nunquam, aut è grē re-  
linquent, neque ea facilè se possunt expedire, tanquam captiu-  
regalis luxus admiratione, & magnificentia, ac splendore rerum  
quæ illic cernuntur, earumque fruitione, aut spe fruendarum.

In fordidos.



Quæ rostro (clystere velut) sibi proliuit aluum  
 Ibis, Niliacis cognita litoribus,  
 Translit opprobrij in nomen : quo Publius hostem  
 Naso suum appellat, Battiadésque suum.

Ibis Aegyptiaca avis immisso in culū rostro, infusāque aqua  
 aluum purgans, clysteris vsum ostendit. Cuius immundæ avis, p  
 pellatione, obscēni homines notantur, qui turpia verba eructan  
 tes, podicem ex ore faciunt,



Anguillas quisquis captat, si limpida verrā  
 Flumina, si illimes ausit adire lacus,  
 Cassus erit, ludētque operam: multūm excitet ergo  
 Si crete, & vitreas palmula turbet aquas,  
 Diues erit. Sic iis res publica turbida lucro est,  
 Qui pace, arētati legibus, esuriunt.

In turbulentā aqua piscandū esse iactant magni illi fures, qui  
 impunes de furca nō pēdēt. Quare & ipsi vt plurimū pacis fung  
 turbarores, & tranquilitatis Principum cum populo, vt in turbid  
 do rerum iūtu, m̄gis tuto, & minus aperitè peculari possint.

In auaros, vel quibus melior conditio ab extraneis offertur.



Delphini insidens vada cœrula sulcat Arion,  
Hocque aures mulcet, frænat & ora sono.  
Quam sit auari hominis, nō tā mēs dīra ferarū est:  
Quique viris rapimur, piscibus eripimur.

Avarus quavis vel terræ, vel maris bellum immanior est: multo etenim mortales per inopiam perire cogit. At bestię sèpènume seruasse homines, & à mortis periculo liberasse memorantur. Ut Delphin ille qui citharœdū Ariona in pelagus ab hominibus autis præcipitatū, suo corpore sustentauit, &c ad littus euexit.

## G V L A.



Curculione gruis tumida vir pingitur aluo,  
 Qui laron, aut manibus gestat Onocrotalum.  
 Talis forma fuit Dionysi, & talis Apici,  
 Et gula quos celebres deliciosa facit.

Lurcones Gruis collum optant sibi, quò diutius gratis cupe-  
 diarum saporibus delectentur. At Gulosi voratores prominent  
 sunt, & pingui abdomen ventris.

Ocni effigies. De his qui meretricibus donant,  
quod in bonos usus verti debeat.



Impiger haud cessat funem contexere sparto,  
 Humidaque artifici iungere fila manu.  
 Sed quantum multis vix torquet strenuus horis,  
 Protinus ignavi ventris asella vorat.  
 Fœmina iners animal facili congesta marito  
 Lucra rapit, mundum prodigit inque suum.

Mulierum in otio desidum, & in cōpto corporis ornatu, pro-  
 ventus, reditus & quæstus profundentium, mariti: rem faciunt ut  
 fuarij, nimirum retrogrado ductu.



Quos tibi donamus, fluuiales accipe cancros,  
 Munera conueniunt moribus ista tuis.  
 His oculi vigiles, & forfice plurimus ordo  
 Chelarum armatus, maximaque aluus adeſt.  
 Sic tibi propensus stat pingui abdomen venter,  
 Pernicēsque pedes, spiculāque apta pedi.  
 Cūm vagus in triuiis, mēſeque ſedilibus erras,  
 Inq̄ue alios mordax ſcommata falſa iacis.  
 Parasiti, & ſcurræ propter gulam oculos, & pedes nusquam  
 non emiliſtios habent, & ventris farciendi gratiam nihil non a-  
 gunt, & patiūtur, mordaci dicacitate, quēlibet perſtingentes.

Paruam culinam duobus ganeonibus nō sufficere.



In modicis nihil est quod quis lucretur : & vnum  
Arbustum geminos non alit Erythacos.

#### A L I V D.

In tenui spes nulla lucri est:vnōque residunt  
Arbusto geminę non bene Ficedulę.

In minimis negotiis, vt opificiis mechanicis, vilibus propoliis,  
scholis triuialibus vber quæstus non est sperandus. Verūm in ma-  
gnarum administratione rerum, vt bellorum:fisci, consiliorum,  
iudiciorum, peregrinæ & abundantis mercaturæ, lucra ingentia  
sperare licet. Proinde in humili statu conforti non est locus.

## Captiuus ob gulam.



Regnatórque penus, mensæque arrosor herilis  
 Ostrea ius summis vidi hiulca labris.  
 Queis tenerā apponēs barbā falsa ossa momordit,  
 Ast ea clauerunt tacta repente domum,  
 Deprensum & tetro tenuerunt carcere furem,  
 Semet in obscurum qui dederat tumulum.

Multi se in opulentas domos seruiliter ingerunt lauторis vi-  
 etus ergo. Plerique etiā suum sibi tumulum dentibus effodiunt  
 præproperam mortem luxu, & gula sibi accersentes.

## In garrulum &amp; gulofum.



Voce boat toruz, prælargo est gutture, rostrum  
 Instar habet nasi, multiforisque tubæ.  
 Deformem rabulam, addictum ventrique, gulæque  
 Signabit, volucet cùm truo pictus erit.

Hoc Emblema per se explicatur. Nempe per Onocrotalum  
 autem longo latoque rostro, gutture ampio, clamore asini ruditū  
 referente, figurans hominem gulofum, helluonem, voracem, cla-  
 mosum, & ruidem, cui guæ, & podex sint omnia.

## DOCTORVM AGNOMINA.



Moris vetusti est, aliqua professoribus  
 Superadiici cognomina.  
 Faciles apertosque explicans tantum locos,  
 Canon vocatur Curtius.  
 Reuoluitur qui eodem, & iteratque nimis  
 Mæander, vt Parisius.  
 Obscurus & confusus, vt Picus fuit,  
 Labyrinthus appellabitur.  
 Nimis breuis multa amputans, vt Claudio,  
 Mucronis agnomen feret.

- Qui vel columnas voce rumpit, Parpalus,  
 Dicitus truo est scholaſtīcīs.
- Contrā est vocatus, tenuis esſet Albius  
 Quod voce, vespertilio.
- At vltimas mutilans colobotes syllabas,  
 Hirundo Crassus dicitur.
- Qui surdus aliis, ſolus ipſe vult loqui,  
 Ut ſturnus in prouerbio eſt.
- Hic blesus, ille raucus, iſte garriens,  
 Hic ſibilat ceu vipera.
- Tumultuatur ille riectu, & naribus.  
 Huic lingua terebellam facit.
- Singultit alius, atque ruffit hēſitans.  
 Conſpuit alius ut pſecas.
- Quām multa rebus virtia in humanis agunt,  
 Tam multa ſurgunt nomina.



N A T V R A.  
Vis naturæ.



Pana colunt gentes, ( naturam hoc dicere rerū est)  
 Semicaprūmque hominē, sémiuirūmque Deū.  
 Est vir pubē tenus, quòd nobis insita virtus,  
 Corde oriens, celsa verticis arce sedet.  
 Hinc caper est, quia nos natura in secla propagat  
 Concubitu: vt volucres, squamea, bruta, ferās.  
 Quod commune aliis animantibus, est caper inde  
 Luxuriæ, Veneris signáque aperta gerit.  
 Cordi alij sophian, alij tribuere cerebro.  
 Inferiora, modus, nec ratio ylla tenet.

Egregium Emblema, docens hominem iuxta diuersas sui corporis partes, superiores scilicet, & inferiores, diuersæ pariter esse naturæ. Suprà quippe Diuinæ. Rationabilis, ac humanaæ. Infrà verò beluinæ, atque etiam Diabolicæ. Proinde hominem in sua mixta natura: esse animal vniuersum, sive omne, quod Græcis est Pan: ideoque Pan Anthropotragos, partim homo, partim hircus pingi solet.





Vt sphērē Fortuna, cubo sic infidet Hermes:  
Artibus hic, variis casibus illa p̄ceſt.  
Aduersus vim Fortune est ars facta: sed artis  
Cūm fortuna mala est, ſepe requirit opem.  
Disce bonas artes igitur, studiosa iuuentus,  
Quę certa secum commoda fortis habent.


Ars, & Opificium quæſtuarium hominem attollit, prostratū  
volubilis fortune accidentibus, vt morbo, naufragio, incendio,  
ruina, ludo, & eiusmodi fortuitis casibus.

In iuuen-



Natus vterque Iouis, tener atq; imberbis vterque,  
 Quem Latona tulit, quem tulit & Semcle:  
 Saluete, eterna simul, & florete iuuenta,  
 Numine sit vestro quæ diuturna mihi.  
 Tu vino curas, tu victu dilue morbos,  
 Ut lento accedat sera senecta pede.

Phœbus artis medicæ inuentor, Bacchus vini, cura & luxus  
 sensum accelerant. Diæta medicinæ pars, luxui medetur. Vinum  
 curas abigit. Ergo vinū moderatè sumptum iuuenturē conseruat.



Aduenisse hyemem fringilla renuntiat ales,

Ad nos vere nouo garrula hirundo redit.

Indicat æstatem sese expectare cuculus.

Autumno est tantum cernere ficedulas.

## ASTROLOGIA.

## Scyphus Nestoris.



Nestoreum geminis cratera hunc accipe fundis,  
 Quod grauis argenti massa profudit opus.  
 Clauiculi ex auro:stant circum quatuor ansæ:  
 Vnam quanque super fulua columba sedet,  
 Solus eum potuit longævus tollere Nestor.  
 Mænidæ doceas quid sibi musa velit?  
 Est cœlum scyphus ipse:color argenteus illi est:  
 Aurea sunt cœli sydera clauiculi.

Pleiadas esse putant, quas dixerit ille columbas,  
Vmbicili gemini, magna minórque fera est.  
Hæc Nestor longo sapiens intelligit vſu:  
Bella gerunt fortes, callidus astra tenet.

Per Nestoris craterem sic depictum apud Homerum signatur Astronomia, Ars ab longa, & antiqua obſeruatione profecta, certissimi consilij scientia, & quæ in rebus arduis plus habet momenti, quam robusti corporis vires.





Caucasia æternum pendens in rupe Prometheus  
Diripitur sacri præpetis vngue iecur.  
Et nollet fecisse hominem, figulōsque perosus  
Accensam rapto damnat ab igne facem.  
Roduntur variis prudentum pectora curis,  
Qui cœli affectant sci re, deūmque vices.

Homines plus æquo curiosi, in occulta Philosophia, Astrolo-  
gia critica, Magia, omnique Mantia, corda, id est animi, rodun-  
tur anxiis curis, ac solitudinibus, arctius arcanae indagini alle-  
gati, & altioribus scrutiniis affixi.



Icare per superos qui raptus & aëra, donec  
 In mare præcipitem cera liquata daret,  
 Nunc te cera eadem, feruēnsque exuscit at ignis,  
 Exemplo ut doceas dogmata certa tuo.  
 Astrologus caueat quicquam prædicere, præceps  
 Nam cadet impostor, dum super astra volat.

Icarus Dædali filius dum altius euolaret pennis ceratis, ac sole  
 iam nimis propinquo cera liquefciente, soluerentur alæ, deplu-  
 mis in mare corruit. Sic & criticos Astrologos altius ingenium  
 eleuantes, nec satis constante huius matheseos vanitate, tandem  
 in ludibrium & inopiam dilabuntur.

Qui alta contemplantur, cadere.



Dum turdos visco, pedica dum fallit alaudas,  
 Et iacta altiuolam figit harundo gruem,  
 Dipsada non prudens auceps pede perculit: vtrix  
 Illa mali, emissum virus ab ore iacit.  
 Sic obit, extento qui sydera respicit arcu,  
 Securus fati, quod iacet ante pedes.

Non usque adeò ad'alta, & procul distantia, intendendus est  
 animus, quin propinquam & imminentem quæ adest fortunæ  
 animaduertat.



Aspice ut invictus vites auriga leonis,  
 Expressus gemma pugio vincat amor:  
 Utq; manu hac scuticā tenet, hac vt flectit habenas  
 Utque est in pueri plurimus ore decor.  
 Dira lues procul esto: feram qui vincere talem  
 Est potis, à nobis temperet ánne manus?

Amor homini fugiendus, vel ferarum exemplo, quæ vi amo-  
 vis in furias ruunt, præscitum leo.

## Potentia amoris.



Nudus amor viden' ut ridet, placidumque tuerit?  
 Nec faculas, nec quæ cornua flectat, habet.  
 Altera, sed manum flores gerit, altera piscem:  
 Scilicet ut terræ iura det, atque mari.

Quæcunque animalia viuunt, aut in terra florulenta, aut in aqua pesculenta, natura dictante, amori in suum genus sunt obnoxia cum voluptatis, tum generationis gratia. Quare amor in terra, & in mari regnator est.

A M O R.  
Vis amoris.



Aligerum fulmen friggit Deus aliger, igne  
Dum demonstrat uti, est fortior ignis amor.

Amor plus quam vis efficit.

In studiosum captum amore.



Immersus studiis, dicundo & iure peritus,  
 Et maximus libellio,  
 Helianiran amat, quantum nec Thracius vñquam  
 Princeps sororis pellicem.  
 Pallada cur alio superasti iudice Cypri?  
 Num sat sub Ida est vincere?

Cum literarum studiis omittis libris, sc̄minas sētari insti-  
 tuunt, tunc Venus amorum Dea, Mineruam scientiæ præsidem,  
 superat, tanquam rursus prælata pulchritudine damnatam, luue  
 sum affectantium (ut olim Alexandri apud Idam) iudicio.

*A*moris*, id est, (amor virtutis.)*

*μιαλογιστικῶς.*



Dic vbi sunt incurui arcus? vbi tela Cupido?  
 Mollia queis iuuenum figere corda soles?  
 Fax vbi tristis? vbi pennæ, tres vnde corollas  
 Fert manus? vnde aliam tempora cincta gerunt?  
 Haud mihi vulgari est ( hospes ) cū Cypride quic-  
 Vlla voluptatis nos neque forma tulit. (quam,  
 Sed puris hominum succendo mentibus ignes  
 Disciplinæ:animos astrâque ad alta traho.  
 Quattuor éque ipsa texo virtute corollas,  
 Quarum quaæ Sophiæ est, tempora prima teoræ,

Duas Veneres finxit Plato, itemque duos Cupidines, terrestres nempe, qui corruptibilium amorem ingerunt, ut opum, voluptatum, honorum. Et cælestes, qui cælestium & æternorum amorem ingenerant, ut scientiæ & virtutum. Quæ cum quatuor sint in genere. Prima prudentia, quæ contemplationis est, in capite resideret. Reliquæ tres, quæ actionis sunt.  
 in manibus tractantur.



*Ärträus*, Amor virtutis, alium Cupidinem superans.



Aligerum, aligeróque inimicum pinxit Amori,  
 Arcu arcum, atque ignes igne domans Nemesis.  
 Ut quæ aliis fecit patiatur. at hic puer olim  
 Intrepidus gestans tela, miser lachrymat.  
 Ter spuit, inque sinus imos (res mira) crematur  
 Igne ignis, furias odit amoris amor.

Vt clausus clauo : sic voluptas voluptate pellitur. Proinde qui  
 terrenum libidinis amorem domare velit: alterum cœlestem re-  
 gnum æternarum, vt sapientiæ, & virtutum amorem concipiatur.

Dulcia quandoque amara fieri.



Matre procu*l* lic*ta*, paulum secesserat infans,  
Lydius: hunc diræ sed rapuist*s* apes.

Venerat hic ad vos placidas ratus esse volucres,  
Cùm nèc ita immitis vipera sæua foret.

Quæ datis ah, dulci stimulus pro munere mellis!  
Proh dolor. Heu sine te gratia nulla datur.

Quemadmodum apes cum melle aculeum gerit grauiter pun  
gentem: sic in hoc orbe mortalium nullus est voluptatis dulcor,  
ine doloris amarore. Nam dolor est voluptatis comes.

Ferè simile ex Theocrito.



Alueolis dum mella legit, percussit Amorem  
 Furacem mala apes: & summis spicula liquit  
 In digitis: tumido gemit ac puer anxius vngue,  
 Et quatit errabuudus humum. Venerique dolorem  
 Indicat, & grauiter queritur, quod apicula paruum  
 Ipsa inferre animal tam noxia vulnera possit.  
 Cui ridens Venus, Hanc imitaris tu quoque, dixit  
 Nata feram: qui das tot noxia vulnera paruus.

Parua interdum maximè sunt noxia, vt scorpious, phalangium.  
 Sic & paruulus amor, & tantillus vt conspici nequeat: vulnera  
 corda figit propemodum immedicabili.



Quis sit amor, plures olim cecinere Poëtæ,  
Eius qui vario nomine gesta ferunt.  
Cōuenit hoc, quod veste caret, q̄ corpore paruus,  
Tela, alásque ferens, lumina nulla tenet,  
Hęc ora, hic habitusque Dei est. Sed dicere tantos  
Si licet in vates, falsa subesse reor.  
Ecce nudus agat? diuo quasi nallia desint,  
Qui cunctas domiti possidet orbis opes.  
Aut qui quafso niues Boreāmque euadere nūdus,  
Alpinum potuit, strīctāque prata gelu?

Si puer est, puerumne vocas qui Nestora vincit?  
 An nosti Ascræi carmina docta senis?  
 Inconstans puer hic obdurans pectora; quæ iam  
     Trans adiit, nūnquam linquere sponte potest.  
 At pharetras & tela gerit, quid inutile pondus?  
     An curuare infans cornua dura valet?  
 Alas cûrve tenet, quas nescit in æthera ferre?  
     Inscius in volucrum flectere tela iecur.  
 Serpit humi, sempérque virûm mortalia corda  
     Lædit: & haud alas saxeus inde mouet.  
 Si cæcus vitâmq[ue] gerit, quid tænia cæco  
     Utilis est? ideo num minus ille videt?  
 Quisve sagittiferum credat, qui lumine captus?  
     Hic certa, ast cæci spicula vana mouet,  
 Igneus est, aiunt, versatque in pectore flammas,  
     Cur age viuit adhuc? omnia flamma vorat.  
 Quinetiam tumidis cur non extinguitur vndis,  
     Naiadum quoties mollia corda subit?  
 At tu ne tantis capiare erroribus audi,  
     Verus quid sit Amor carmina nostra ferent.  
 Iucundus labor est, lasciuia per ocia. signum  
     Illiis est, nigro punica glans clypeo.

Poëtica Amoris descriptio hoc Emblemate, ut falsa & furata  
 refutatur, & mox vera eiusdem definitio subiicitur, cum mythico  
 schemate glandis rubicundæ, in nigra clypei planicie glans su-  
 bida, veretri balanon à similitudine sic appellatum repræsentat.  
 Planicies nigricans muliebris est naturæ, quæ ut plurimura  
 subatra est.

In obliuionem patriæ.



Iam dudum missa · patria, oblitusque tuorum,  
 Quos tibi seu sanguis, siue parauit amor.  
 Romam habitas: nec cura domū subit ylla reuerti.  
 Aeternæ tantum te capit Vrbis honos.  
 Sic Ithacum præmissa manus dulcedine loti  
 Liquerat & patriam, liquerat atque ducem.  
 Vbi bona, ibi patria. Externæ etenim regionis amaritatis patriæ  
 inducit obliuionem. Quemadmodum Vlyssis socij, cum ad fru-  
 giferam Lotophagorū insulam peruenissent: inde nunquā auelli  
 potuere, ut in sterilem salebrosamque Ithacā reuertentur.



Absque aliis volucres, & cruribus absque puellas,  
Rostro absque & pisces, qui tamen ore canant:  
Quis putet esse vlos? iungi hæc natura negavit,  
Sirenes fieri sed potuisse docent.

Illicitum est mulier, quæ in pisces definit atrum,  
Plurima quod secum monstra libido vehit.

Aspectu, verbis, animi candore, trahuntur,  
Parthenope, Ligia, Leucosiaque viri.

Has musæ explumant, has atque illudit Vlysses,  
Scilicet est doctis cum meretrice nihil.

Sirenes quas ore, & corpore virgineo in pīscem desinente, de-  
scriptis Homeris, canoris vocibus harmonicisque organis nau-  
tas cum vectoribus illestantes, remorantes, ac denique mergen-  
tes, Mundi sunt voluptatēs. Mundus, ipsum mare, Volupta-  
tes autem fœminarum præsentim, quæ aspectu, can-  
dore, forma, & sermonis blanditie afficiunt.

Quas aduersus præcipua sunt anti-  
dota studium, & pere-  
grinatio.

I 3



Senex puellam amans.



Dum Sophocles ( quamuis affecta ætate ) puellam  
 A quæstu Archippen ad sua vota trahit,  
 Allicit & pretio, culit egrè insana iuuentus  
 Ob zelum, & rali carmine vtrunque notat:  
 Noctua vt in tumulis, super vtque cadauera bubo,  
 Talis apud Sophoclem nostra puella sedet.

Tria sunt hominū vitia, quæ Diis & hominibus valde dispi-  
 cere dicuntur, Pauperis superbis, iuuenis pigritia, & senis petul-  
 ea libido: ea etenim repugnante fortuna, & natura existunt.



Index mœsticie est pullus color: utimur omnes  
 Hoc habitu, tumulis cum damus inferias.  
 At sinceri animi, & mentis stola candida puræ,  
 Hinc syndon sacrjs linea grata viris.  
 Nos sperare docet viridis. Spes dicitur esse  
 In viridi, quoties irrita retro cadit.  
 Est cupidis flauus color, est & amantibus aptus:  
 Et scortis, & queis spes sua certa fuit.  
 At ruber armatos equites exornat amictus  
 Indicet & pueros erubuisse pudor.

Cæruleus nautas, & qui coelestia vates  
 Attoniti nimia religione petunt.  
 Vilia sunt giluis natu'aque vellera birris:  
 Qualia lignipedes stragula habere solent.  
 Quem curæ ingentes cruciant, vel zelus amoris,  
 Creditur hic fulua non malè veste tegi.  
 Quisquis sorte sua contentus, ianthina gestet,  
 Fortunæ æquanimis tædia quique ferat.  
 Ut varia est natura coloribus in gignendis,  
 Sic aliis aliud: sed sua cuique placent.

Colorum significationes sunt diuersæ, pro diuersis hominum usurpatum affectibus. Conuenientissimæ tamen sunt quæ proxime ad naturam accedunt. Ut candor sit innocentia, ac puritas, vel simplicitatis significatio. Rubor, Pudoris, Nigror, Luctus, aut Mortis: Viror speci, & eiusmodi.



## F O R T U N A.

Virtuti Fortuna comes.



Anguibus implicitis, geminis caduceus alis,  
 Inter Amaltheę cornua rectus adest:  
 Pollentes sic mente viros, fandique peritos  
 Indicat ut rerum copia multa beet.

Artium & eloquentię Deus est Mercurius: serpens est sapientia,  
 caduceus, facundus sermo, qui diserto sapienti nunquā deest.

Fortuna, Virtutem superans.



Cæsareo postquam superatus milite, vidit  
 Ciuii vndantem sanguine Pharsaliam:  
 Iamiam stricturus moribunda in pectora ferrum;  
 Audaci hos Brütus protulit ore sonos:  
 Infelix Virtus & solis prouida verbis,  
 Fortunam in rebus cur sequeris dominam?

M. Brutus clarissimus ciuis Romanus, virque constantissi-  
 mus & virtutis acer rigidusque satelles, Caio Cæsare sublato,

vindicatāque, quoad potuit, libertate aduersus Octauium Cæ-  
sarem, ad extremum in acie Pharsalica vietus, viuus in hostis  
potestatem ne veniret, gladio suo incubuit, moriensque horum  
qui in Emblemate sunt versum sententiam est effatus: il-

Iud scilicet conquerens, quod humanis in rebus for-  
tuna plus loci habear, quam præclara virtus.

Quod sanè quotidie sic vsu venire vide-  
mus, ut boni viri, fortunatis  
subiificantur.



Paupertatem summis ingeniis obesse,  
ne prouehantur.



Dextra tenet lapidem : manus altera fustinet alas.

Vt me pluma leuat: sic graue mergit onus.

Ingenio poteram superas volitare per arces,

Me nisi paupertas inuida deprimeret.

Non pauci iuvenes felicibus ingeniis maxima exequi possent  
si rem haberent: qui circa minima laborant cogente inopia.

In occasionem.

ΔΙΟΣΣΟΥΓΙΓΙΚΩΣ.



Lysippi hoc opus est; Sycion cui patria. Tu quis?  
 Cuncta domans capti temporis articulus.  
 Cur pinnis stas? usque rotor. Talaria plantis  
 Cur retines? Passim me leuis aura rapit.  
 In dextra est tenuis dic vnde nouacula? Acutum  
 Omni acie hoc signum me magis esse docet.  
 Cur in frōte coma? Occurrēs ut prēdar. At heus tu!  
 Dic cur pars calua est posterior capitis?  
 Ne semel ali pedem si quis permittat abire,  
 Ne possim apprenso postmodò crine capi.  
 Tali opifex nos arte, tui causa, edidit hospes:  
 Utque omnes moneam, pergula aperta tenet.  
 Occasio articulus est temporis opportunus ad ea quae condu-  
 ment vel peragenda, vel prouidenda. Quae cūm seipsam offert,  
 modè in tempore arrepta secat, & expedit: neglecta verò, &  
 missa pr̄terit ac repente elabitur, nulla recuperandi spe relata.

In subitum terrorem.



Effuso cernens fugientes agmine turmas,  
Quis mea nunc inflat cornua? Faunus ait.

Exercitibus armatis obueniunt interdum pauores subiti, multitudinem totam consernantes, nulla existente causa terroris manifesta: nisi incussa temerè singulis formidine, quos quidē subitos terrores antiqui Panicos dicebant. Quod Pan Deus sua cornua inflare tunc diceretur, quorum clangor repentinus illos subitosque pauores in hominum mentes incuteret.

In illaudata laudantes.



ingentes Galatūm semermi milite turmas,  
 Spem pr̄ter trepidus fuderat Antiochus,  
 lucarum cùm sœua boum vis, dira proboscis,  
 Tum primūm hostiles corripuisset equos.  
 Ergo trophæa locans Elephantis imagine pinxit,  
 Insuper & sociis, Occideramus ait,  
 Iellua seruasset ni nos fœdissima bairus:  
 Ut superasse iuuat, sic superasse pudet.  
 Vile sœpenumero anteponitur honesto, in bellis, præsertim  
 in quibus sola spectatur victoria, aut fraude, aut dolo, aut militi  
 tenuitate, aut machinis paranda.

In momentaneam felicitatem.



Aetiam propter circuisse Cucurbita pinum  
Dicitur, & grandi luxuriasse coma.

Cum ramos complexa, insimumque egressa cacume,  
Se praestare aliis credidit arboribus.

Cui pinus, Nimirum breuis est haec gloria: nam te  
Protinus adueniet quae male perdet hyems.

Gloria rebus fluxis, & caducis inmixta, ingloria est vanitas, que  
statim in dedecus, & iudicium delabitur. Ut de forma superbis,  
que protinus deflorescit, de valetudine, ac diuitiis, que subito  
pereunt: de munere, statuve parum firme, quo mox submoueri  
quis possit.

Ex damno alterius, alterius utilitas.



Dum saevis ruerent in mutua vulnera telis,  
 Vague leana ferox, dente timendus aper,  
 Accurrit yultur spectatum, & prandia captat.  
 Gloria victoris, praeda futura sua est.

Hoc fure dictum videri possit de Christianis principibus inter  
 belligerantibus, & Turcarum tyranno, qui interim spectatore  
 gens, ex mutuis eorum calamitatibus, suam auget ditionem in  
 Christianas regiones facilius irrumpebat.



Auspiciis res cœpta malis, bene cedere nescit.

Felici quæ sunt omine facta, iuuant.

Quicquid agis, mustella tibi si occurrat, omitte;

Signa malæ hæc sortis bestia parua gerit.

Superstitionis nihil inauspicato adgrediuntur, & ab incepto  
desistunt, si quid obuenierit ominosum, in cœlo, aut in terra, si  
nistrum esse affirmantes occurrisse Monacho, aut anui meienti,  
aut lepori, aut mustellæ, quam bestiolam inauspicatam, esse li-  
bri Augurales asseuerant.

Nil reliqui.



Scilicet hoc deerat, post tot mala denique nostris  
 Locustæ ut raperent, quicquid inesset, agris.  
 Vidimus innumeras Euro duce tendere turmas,  
 Qualia non Atylæ, castrâve Xerxis erant.  
 Hæ fœnum, milium, farra omnia consumperunt:  
 Spes & in angusto est:stant nisi vota super.

Diuinarum decem plagarum, quibus Mosaico seculo afflita  
 fuit Aegyptus, una fuit, innumerabilis locustarum multitudo,

omnes fructus, germina, flores, semina, herbas, ad ipsas usque radices consumentium. Similis autem plaga extitit in Longobardis Insubrum. Ingenti locustarum nube eleuata, omnia depascen-  
tium quæ omnibus consumptis frugibus, in Narbonensem pro-  
vinciam euolauit, mox austris depulsa in mare se præcipi-  
tauit, quo tempore scriptum est hoc Emblema, signi-  
ficans re omni funditus perdita, nulloque  
reliquo, siue casu, siue alea, nihil  
superesse præter desperatio-  
nem, aut voti des-  
iderium.



Malè parta, malè dilabuntur.



Miluus edax, nimiæ quem nausea torserat escæ,  
 Hei mihi mater, ait, viscera ab ore fluunt.  
 Illa autem: quid fles? cur hæc tua viscera credas,  
 Qui rapto viuens sola aliena vomis?

Raptor cùm prodigit: nihil de suo, sed de alieno male parto  
 profundit. Vnde, minus illi grauis esse debet profusio. Hinc fit  
 ut tyranni ferè sint prodigi bonorum, quæ rapina ab aliis ex-  
 torserunt.

A F O R L V N A.  
Semper presto esse infortunia.



Ludebant parili tres olim atate puellæ  
Sortibus ad Stygias quæ prior iret aquas.  
Ast cui iactato male cesserat alesca talo,  
Ridebat sortis cæcæ puella sua:  
Cùm subito icta caput habente est mortua tecto,  
Soluit & audacis debita fatâ ioci.  
Rebus in aduersis mala fors non fallitur: ast in  
Faustis, nec precibus, nec locus est manui.  
Hęc veri euēus historia restatur, siue serio, siue ioco proclivius  
euenire infortuniū, quam bonam fortunam. Proinde cautissimus  
quisque ratiocinator omnia quæ sperantur in peius ventura repo-  
nat, vt si quid in melius pr̄ter sp̄s euenerit, id de lucro deputet.



Aetheris postquam deiecit sedibus Aten  
 Iuppiter: Heu vexat quam mala noxa viros?  
 Euolat haec pedibus celer, & pernicibus alis,  
 Intactumque nihil casibus esse finit.  
 Ergo Litæ, ptoles Louis, hanc comitantur euntem,  
 Sarturæ quicquid fecerit illa mali,  
 Sed quia segnipes, luscæ laffacque senecta,  
 Nil nisi post longo tempore restituunt.

Aduersa in equis, prospera pedibus veniunt, hoc est bona tardius,  
 mala celerius contingunt, quod innuisse videtur Homerus per  
 Aten, noxx Deam è cœlo (quod omnis mali est expers) in terras  
 precipitatæ, volucribus pennis alatæ, leuibus Harpyiæ pedibus ve  
 locem, aducis manibus, & vnguisbus rapa. Itemque per Litas io  
 nis filias malorum instauratrices, vetulas, cæcas, debiles & tardi  
 gradas, quæ damna quidem Ates, sed longo post tempore reparan-

HONOR.  
Ex arduis perpetuum nomen.



Crediderat platani ramis sua pignora passer,  
Et bene:ni sæuo visa dracone forent.  
Clutiit hic pullos omnes, miserámque parentem  
Saxeus, & tali dignus obire nece.  
Hæc, nisi merititur Calchas, monumenta laboris  
Sunt longi, cuius fama perennis eat.

Decennalis ad Troiam bellum fuit hæc prognosis, à passero numero, & postrema eorum cù matre deuoratione per fatalē serpentinam, necnō perpetuę eius belli memorię per metamorphosin servat; etis in eterne duritiae saxū. Atq; ita hoc portetum in sacrificio valet inatus est Calchas, idolorum mystes in castris grecorum ad Troiam.

Ex literarum studiis immortalitatem acquiri.



Neptuni tubicen, cuius pars vltima cetum,  
Aequoreum facies indicat esse Deum:  
Serpentis medio Triton comprehenditur orbe,  
Qui caudam inferto mordicus ore tenet.  
Fama viros animo insignes, præclaraque gesta  
Prosequitur, toto mandat & orbe legi.

Triton Neptuni tubicen, exauditam eloquentiam, profundamque rerum scientiam designat. Anguis in se reuolutus æternitatem: Concha personans, famam, quibus vna conuenientibus, æterna scientia & eloquentia fama significatur.

Tumulus Ioannis Galeacij Vicecomitis, pri-  
mi ducis Mediolani.



Pro tumulo pone Italiam, pone arma, ducēsque,  
Et mare, quod geminos mugit adūsque sinus.  
Adde his barbariem conantem irrumperē frustra,  
Ac mercede emptas in fera bella manus.  
Anguigei ast summo sistens in culmine dicat:  
Quis paruis magnam me superimposuit?

Hoc Emblema breui cōgerie comple&tutur laudes Ioannis Ga-  
leacij Marij Vicecomitis, primi Ducis Mediol. Cuius historiā ex  
Chronicis & annalibus querere licet, & illius fortitudinem: qua  
irrūpentibus in Italiam Barbaris Tuscis, strenuissimē obstitit.



Dum iustis patriam Thrasybulus vindicat armis,  
Dumque similitates ponere quemque iubet,  
Concors ordo omnis magni instar munetis, illi  
Palladice sertum frondis habere dedit.  
Cinge comā Thrasybule, geras hūc solus honorē,  
In magna nemo est æmulus vrbe tibi.

Cum nobilissima Athenarum Respublica factionibus inter-  
fisis diuisa, in triginta Tyrannorum seruitutem incidisset, qui  
optimos quosque occiderunt, aut proscripterunt, reliquum po-

pulum miserè diuexantes. Clarissimus ciuis Thrasybulus delecta clam fortium exulum manu, & que in urbem immissa, Tyrannos inopinantes oppressit, libertatem restituit, bonos ciues ab exilio reuocauit, factiones composuit, legémque tulit ratam habitam. Ut ne quis præteritarum meminisset iniuriarum, odiorum ve, quin omnes in politica viuerent cōcordia. Propter quod egregium facinus, ab vniuerso populo floribus, certatim iactis conspersus, & Mineruali olea est coronatus. Cuius agalmate opimus quisque ciuis, suæ Reipublicæ amantissimus. & qui ab omnibus ametus: & honoretur dignissimus intelligi potest.



Strenuorum immortale nomen.



Aeacidæ tumulum Rhœtēo in littore cernis,  
 Quem plerunque pedes visitat alba Thetis.  
 Obtegitur semper viridi lapis hic amarantho,  
 Quod nunquam herois sit moriturus honos.  
 Hic Graiū murus, magni nex Hectoris. Haud plus  
 Debet Mæonidę, quam sibi Mæonides.

Nullus vñquam Heros tanto laudatus est preconio, quanto  
 Grecus Achilles ab Homero est cōmendatus, teste vel Alexan-  
 dro rege laudatissimo. Ex quo nunquā est intermoritura filius fa-  
 ma, quę designatur purpureo Amaranthi flore, nullis vñquam  
 hinc rigoribus, coloris viudi honorem dependenti.



Aurea Cæcropias necetebat fibula vestes,  
 Cui coniuncta tenax dente cicada fuit.  
 Calceus, Arcadicus sub erat cui lunula ritu,  
 Gestatur patribus millea Romulidis:  
 Indigenas quod se adsererent, haec signa tulerunt  
 Antiqua illustres nobilitate viri.

E terra enascuntur Cicadæ. & vnde ortæ sunt, ibidem viuunt,  
 canunt & moriuntur, nusquam aliò euolantes. Luna similiter

singulis mensium Neomeniis nasci videtur, & crescere in suo  
eodem cælo. Quapropter duo maximi & excellentissimi po-  
puli Athenienses in Græcia, Romani in Italia, illi quidem Cica-  
dam in Pallij fibula: Hi verò Lunæ crescentis Hemicyclum in  
calceis gestabant. His scilicet notis se & vixibat, Nobi-  
les Indigenas, non aliunde aduenas, conti-  
nuisque successuum augmentis in  
suæ originis cælo, & solo  
crescentes ostend-  
abant.



## Duodecim certamina Herculis.

Ἀλληγορία.



Roboris inuicti superat facundia laudes:  
 Dicta Sophistarum laqueosque resolutit inanes.  
 Non furor, aut rabies virtute potentior vlla est.  
 Continuum ob cursum sapienti opulentia cedit.  
 Spernit auaritiam, nec rapto aut fœnore gaudet.  
 Vincit fœmincos, spoliatque insignibus astus.  
 Expurgat sordes, & cultum mentibus addit:  
 Illicitos odit coitus, abigitque nocentes.  
 Barbaries, feritásque dat impia denique pœnam.

Vnius

Vnius virtus collectos dissipat hostes.

Inuehit in patriam externis bona plurima ab oris.  
Docta per ora virum volat, & non interit vñquam.

Per Herculem Alexicacon (qui vir magnanimus, prudens, &  
loquentis fuisse perhibetur) intelligenda est coniuncta cum sa-  
pientia, & virtute facundia. Ac per duodecim, quos exantlassae di-  
citur labores,  $\chi\alpha\tau'$  ἀλληγοριας ea sunt intelligenda, quæ Emble-  
ua explicat.

L





Herculeos spurij semper celebretis honores:  
Nam vestri princeps ordinis ille fuit:  
Nec prius esse Deus potuit, quam sugeret infans  
Lac, sibi quod fraudis nescia Iuno dabat.

Plerique spurij extitere viri præstantissimi, quales propemo-  
dum omnes Iouis filii, Romulus, & Iugurtha. At maxime inter  
ceteros, Hercules, qui nunquam in diuorum numerum venire po-  
tuisse, nisi nouerae Iunonis dormiætis lac exuxisset. Quod qui-  
dem innuit spurios haud temerè vñquam ad frugem peruenire  
posse, aut ad honores euehi: nisi pro legitimis habeatur, siueque  
hereditariæ sortis participes.

## Imparilias.



Ut sublime volans tenuem secat aëra falco,  
 Ut pascuntur humi graculus, anser, anas:  
 Sic summum scandit super æthera Pindarus ingēs,  
 Sic scit humi tantūm serpere Bacchilides.

Pindarus nouem lyricorū princeps stilo sublimi scriptis, Bacchilides vero (alioqui dulcis Poëta) humili charactere. Quorum similitudinem collatione, personarum imparilias in eodem ordine ostenditur sub imagine avium diuersarum, aut sublimi volantium, aut humi gradientium.



Quòd fine egregios turpi maculaueris orfus,  
 In noxámque tuum verteris officium,  
 Fecisti, quod capra, sui mulétraria lactis  
 Cùm ferit, & proprias calce profundit opes.

Quemadmodum capra sàpe quam vbere distento mulétram  
 Impleuit, eandem pede illiso diffringit, totumque lac collectum  
 Effundit. Sic plerique insigni aliquo opere suscepto, & feliciter  
 Incepto, ac propemodù perfecto: ad extremum peccant, notabili  
 Aliquo crimine quod egregia principia dehonestat. Sicut fecerunt  
 Tyberius & Nero in suis impensis, in peius semper procedentes;



Altius lam milius comitatur degener harpam.

Et prædæ partem sæpe cadentis habet.

Mullum prosequitur qui spretas fargus ab illo.

Præteritásque audius deuorat ore dapes.

Sic mecum Oenocrates agit: at deserta studentum.

Vtitur hoc lippo curia tanquam oculo.

Scriptum videtur hoc Emblema, in quempiam doctorem le-  
sum interpretē, Antalciaton, & autori Syndromon, cui audi-  
ores tantum ij fuere quos Alciatus reliquisset. Illum autem  
naturā id est, vīnipotentem, nomine ad rem confictō app. llas.  
Violentias scilicet insimulans.

Albūtij ad Alciatum , suadentis ut de tumultibus  
Italicis se subducat:& in Gallia profiteatur.



Quæ dedit hos fructus arbor, celo aduena nostro,  
Venit ab Eoo Persidis axe prius.  
Translatu facta est melior: quæ noxia quondam  
In patria:hic nobis dulcia poma gerit.  
Fert folium linguæ,fert poma simillima cordi,  
Alciate hinc vitam degere disce tuam.  
Tu procul à patria in pretio es maiore futurus:  
Multum corde sapi, nec minus ore vales.

Persicum malum in Perside virulentum,in nostris regionibus  
aut innocuum,aut certè minus noxiū transplantatione est factū;  
odore verò,gustu,& sapore longè quam in Perside suauiori. Sic  
& homines præsertim literati apud exterorū maiori , quam apud  
suos in pretio habentur. Etenim Nemo Propheta in patria,

## P R I N C E P S.

Pri nceps subditorum incolumentatem procurans,



Titanij quoties conturbant æquora fratres,  
 Tum miseros nautas anchora iacta iuuat.  
 Hanc pius erga homines Delphin cōplectitur: imis  
 Tutiūs ut possit figier illa vadis.  
 Quām decet hęc memores gestare insignia Reges,  
 Anchora quod nautis, se populo esse suo?

*φιλάνθρωπος* est Delphin, & futuræ tempestatis præmonstrator, in qua & anchoram complexam tutò vt figatur dirigit, hominum salutem pro sua natura procurans. Ad cuius exemplum optimus quisque princeps suos homines amare debet, in aduersis adiuuare, & eorum salutem curæ habere. Quapropter nonnulli principes maximi, & aliquot viri clari, Anchoræ Delphino circumplexæ imaginem pro symbolo, aut sphragidio haberunt, vt Seleucus, Nicanor Rex, Imperator Augustus Cæsar,

Aldus Manutius Romanus nobilissimus apud Venetos Typographus, nouissimisque temporibus Philippus Cabotius, Gallici maris Almyros. Tametsi non omnes eodem, sed dissimili schema, & sensu.



In Senatum boni principis.

DIALOGISMVS.



Effigies manibus truncata ante altaria diuūm  
 Hic residens : quarum lumine capta prior,  
 Signa potestatis summæ, sanctique Senatus  
 Thebanis fuerant ista reperta viris.  
 Cur resident? Quia mente graves decet esse quieta  
 Iuridicos, animo nec variare leui.  
 Cur sine sunt manibus? Capiant ne xenia: nec se  
 Pollicitis flecti muneribusve finant.  
 Cucus at est princeps, quod solis auribus, absque  
 Afflctu, constans consilij acta probat.

Hæc est image optimi Senatus, apud Thebas florentissimam olim Bœotiae ciuitatem. Sedentium Senatorum quies, animi bene compositi, & minimè commoti prudentiam arguit. Nam (ut ait Philosophus) sedendo, & quiescendo anima fit prudens. Manus amputatae, à munerum capiendorum corrupte la alienos esse oportere consiliarios indicant. Exoculatus autem princeps, notat iudicis personam, iudicisque sententiam omni affectu, & personam acceptione orbam esse debere.



Quod non capit Christus, rapit fiscus.



Exprimit humentes, quas iam madefecerat antè  
Spongiolas, cupidi principis arcta manus.  
Prouehit ad summum fures: quos deinde coēcet,  
Vertat ut in fiscum quæ malè parta suum.

Principes publicis functionibus, & fisci rationibus eos præficere  
solent, quos acri ingénio solentes & proba natura viros bonos  
existimant. At ij plerūque auris (quod aceruatim tractant) splen-  
dore excæcati, naturam mutant, & Regiam gazam depeculan-  
tur, aut provincias expilant. Deinde cùm opulentia repleti sunt,  
colla illis laqueo perstringuntur. Ex quibus pendentibus & astrī-  
tis velut ex spongiis emanat mox affluens opum vis, confiscatis  
eorum bonis, quæ tam en non redeunt ad miseros qui per illo-  
spoliati fuerunt, sed in fiscum vertuntur.

Opulentia tyranni , paupertas sub-  
iectorum.



Humani quod splen est corporis, in populi re  
 Hoc Cæsar fiscum dixerat esse suum.  
 Splene aucto , reliqui tabescunt corporis artus,  
 Fisco aucto , arguitur ciuica pauperies.



Heroum genitos, & magnum fertur Achillem  
In stabulis Chiron erudiisse suis.

Semiferum doctorem, & semiuirum Centaurum,  
Affideat quisquis regibus, esse decet.

Est fera, dum violat socios, dum proterit hostes:

Estque homo, dum simulat se populo esse pium.

Homerus suum illum heroa, & principem futurum Achillem  
figit educatum in pueritia à Chirone Centauro biformi, super-  
iori parte humana, inferiori equina. Tales esse innuens iuuuen-  
tum principum magistros, & institutores. Qui coram cum humani-  
tate videantur, dum iusti belli, aut equitatis, aut publici boni pre-  
ceptu occulte populi substantiam deuorant, quavis fera imma-  
iores. Quintetiam cum in speciem & homines, & probi appa-  
reant, clam principi prava suggerunt consilia, quibus sub hone-  
sto titulo, subditos deglubant, & inhumaniter tractent.



Vesparum quod nulla vñquam Rex spicula figet:  
 Quodque aliis duolo corpore maior erit,  
 Arguet imperium clemens, moderataque regna,  
 Sanctaque iudicibus credita iura bonis.

Vesparum, seu potius apum Rex cæteris in suo genere, & maior & fortior, aculeum tamen, & pungentem acriter, & venenatum non habet, vt cæte æ. Sic & bonus princeps, quanto potentior, tanto clementior est, & minus nocens, qualcm fuisse cōstat magnificum illum, & nunquam satis laudatum Iuliū Cæsarem, Imperatoreni clementissimum.



Phœbigena erectis Epidaurius infidet aris,  
Mitis, & immani conditur angue Deus.  
Accurrunt ægri, veniatque salutifer orant:  
Annuit, atque ratas efficit ille preces.

Aesculapius Apollinis filius (qui medicinā inuenit) i. t. nq; me  
dicinæ Deus habitus sauiete in Italia acerbissima pestis lue, Epi-  
dauro Romā aduentus est, ad graffantis morbi remediu. sub for-  
ma serpētis mansueti, & innocui. Ad cuius aduentū cessauit pesti-  
lentia, & cōualuere egroti. Illus ligūtur serpētis imagine figurata  
est salus publica. Quod quidē &c verius, & cōuenientius dici pos-  
set de serpente quoque quē Moses in deserto appendit. Cuius aspe-  
ctus liberabat à mortis periculo, eos qui ab inflāmatiis anguibus  
essent p̄temoti: Christū videlicet p̄figurando in crucem subla-  
mo, eundemque verum animarum languentiū Aesculapium.



Cæsaris auxilio, ceu libertate recepta,  
 Hæc ducibus Brutis cusa moneta fuit.  
 Ensiculi in primis, queis pileus insuper adstat,  
 Qualem missa manu seruitia accipiunt.

Brutus partiū pro Repub. stantius Imper. in memoriā vindicata libertatis à C. Cæsare (quē ipse interfecit) oppressæ numisma eudi fecit altera ex parte signatum pugione, Cæsarī cædem notante, altera pileo, assertam Reipub. libertatem indicante. Pileū nanque olim dabatur manumissis, & in libertatē assertis. Quæ morem hodie quoque retinet Parisiensis vniuersitas, quæ scholasticis à disciplinæ seruitute, ad magisterij libertatem transeunribus pileum, libertatis notam, honorifice imponit, & zonam seruitutis signum, soluit.



plus solito humanę nunc defle incommoda vita,

Heraclite: scatet pluribus illa malis.

Tu rursus ( si quando alias ) extolle cachinnum

Democrite : illa magis ludicra facta fuit.

Interea hęc cernens meditor, qua denique tecum

Fine fleam, aut tecum quomodo splene iocer.

Heraclitus calamitates humanas perpetuò deplorando oculos misit, Democritus hominū stultitias irridendo hiāri nimīū cachinnos sibi ad auriculas largū deduxit. Porro necdū satis cōstat, plura ne sint mala in orbe lachrymanda, an plures ineptiç, deridētiç. Et vter horū sapiētior, an stultior fuerit, adhuc in dubio est.

Aere quandoque salutem redimendam.



Et pedibus segnis, tumida & propendulus aluo,  
 Hac tamen insidias effugit arte fiber.  
 Mordicus ipse sibi medicata virilia yellit,  
 Atque abicit, sese gnarus ob illa peti.  
 Huius ab exemplo disces non parcere rebus,  
 Et vitam ut redimas, hostibus æra dare.

Castoris exemplo, qui amittata genitalia (propter quæ se appeti intelligit) venatoribus ac canibus relinquit: ut reliquum corpus illæsum servet: Admonemur in necessitatibus periculo Naturæ aut Fortunæ bonis minimè parcendum esse, quibus carere possimus vita conseruata.

Cum laruis non luctandum.



Aeacidæ moriens percussu caspidis Hector,  
 Qui toties hosteis vicerat antè suos,  
 Comprimere haud potuit vocē, insultantibus illis,  
 Dum curru, & pedibus nectere vincla parant:  
 Distrahite ut libitum est, sic cassi luce leonis  
 Conuellunt barbam vel timidi lepores.

Pusillanimū natura est, fortibus vietis insultare, quorum in robo  
 bore ac virtute constantium, solum aspectum reformidassent.



Errabat socio Mors iuncta Cupidine: secum  
     Mors pharetras, paruus tela gerebat Amor.  
 Diuertere simul, simul vna & nocte cubarunt.  
     Cæcus Amor, Mors hoc tempore cæca fuit.  
 Alter enim alterius malè prouida spicula sumpsit.  
     Mors aurata, tenet ossea tela puer.  
 Debuit inde senex qui nunc Acheronticus esse:  
     Ecce amat, & capiti florea serta parat.  
 Ast ego mutato quia Amor me perculit arcu,  
     Deficio, iniiciunt & mihi fata manum.  
 Parce puer, Mors signa tenens victricia parce.  
     Fac ego amem: subeat fac Acheronta senex.

Hoc Emblema est ex antiquo Græcorum figmento, quod quibus suis legere volet, Ioannem Marcum Belgam videat. Iuxta cuius sententiam sæpen numero euenire videmus, ut iuuenes præproperè moriantur, senes amare, ineptire & lasciuire incipiunt, quod Deo & naturæ odiosissimum esse dicitur.

M . 9



In formosam fato præceptam.



Cur puerum Mors ausa dolis es carpere Amorē?  
Tela tua ut iaceat: dum propria esse putat.

Ex superiori argumento. Deploratio hæc est formosæ cuiusdam præpropera morte extinctæ, ea ætate, qua amoris telo tandem potius suisse oportuit: idque errore eodem, qui supra memoratus est.

In mortem præproperam.



D SEPVLCRVM.

Qui teneras forma allexit, torsitque puellas,  
 Pulchrior, & tota nobilis vrbe puer,  
 Occidit ante diem, nulli mage flendus (Aristi):  
 Quām tibi, cui cāsto iunctus amore fuit.  
 Ergo illi tumulum tanti monumenta doloris  
 Astruis: & ouerulis vocibus astra seris.  
 Me sine abis dilecte? neque amplius ibimus vna?  
 Nec mecum in studiis ocia grata teres?  
 Sed te terra téget, sed fati, Gorgonis ora,  
 Delphinésque tui signa dolenda dabunt.  
 Deploratio amici mortui xara περιστεραί amatis, & in Cœno-  
 laphio Delphinas statuēris φαντάστε pro amoris monumēto, &  
 gorgoneū Medusę caput, sensu & motu priuīs, pro mortis signo,



Quadratum infoditur firmissima tessera saxum,  
 Stat cirrata super pectore imago tenus,  
 Et sese nulli profiteretur cedere. talis  
 Terminus est, homines qui scopus vnuis agit.  
 Est immorta dies, præfixaque tempora fatis,  
 Deque ferunt primis vltima iudicium.

Terminus extrema est linea rerū, & omniū metā & finis. Ultra  
 quē progredi nō fas est. Quare & hūc antiqui Deū omniū postre  
 munū cōstituere, qui Ioui ipsi noluit cōcedere. Cuius imaginē De  
 side. Erasmus in sigillari annulo habuit, cū adscriptione tali, Nulli  
 cedo, parū pfecto modesta, quod hic modestius notari videtur.  
 eius tamē iphragidi causā ipse agit in apol. aduersus caruajalē.



Patroclum falsis rapiunt hinc Troës in armis,  
 Hinc socij, atque omnis turba Pelasga vetat.  
 Obtinet exuuias Hector, Grēcique cadauer.  
 Hæc fabella agitur, cùm vir opimus obit.  
 Maxima rixa oritur, tandem, sed transigit hæres,  
 Et coruis aliquid, vulturiisque finit.

Patroclus Achillis socius, idēq; amicus, ab Hectore occisus, ar-  
 misq; falsis Achillis spoliatus est, cadauere Graiis, & quibus reli-  
 quo, Sic mortui diuitis, & falsis fortunę bonis (quę suā nō erant)  
 instructi Hæres spoliū successionis inuadit. Parte litigatores sibi  
 vripiunt, Sacerdotes cadauer & funeralis impensas habent,

Amicitia etiam post mortem durans.



Arentem senio, nudam quoque frondibus vlmum  
Complexa est viridi vitis operta coma.  
Agnoscitque vices naturæ, & grata parenti  
Officij reddit mutua iura suo.  
Exemploque monet, tales nos querere amicos,  
Quos neque disiungat fœdere summa dies.

Verus amor est animorū non corporū. Animus porrò immor-  
talis est. Quare & a nimi amore esse immortalem est necesse, qui  
amicis amicos off. ciū benevolentia præstare facit non solum in  
ita, sed etiam post mortem, ut fecit Alexander Hephaestioni.

## Mutuum auxilium.



Loripedem sublatum humeris fert lumnine captus:  
 Et socij hæc oculis munera retribuit.  
 Quo caret alteruter, concors sic præstat uterque,  
 Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

Natura (quæ nihil aliud est quam Dei prouidentia) vni tri-  
 but quod alteri ademit, ad hoc scilicet, ut homines hominum  
 auxilio egentes congregarentur, & conuenirent in familias, pa-  
 trias, yrbes, ciuitates & regna, ut homo animal est sociabile.

Auxilium nunquam deficiens.



Bina pericla vnis effugi sedulus armis,  
 Cūm premerérque solo, cūm premerérque salo.  
 Incolumem ex acie clypeus me præstítit: idem  
 Nauifragum apprensus littora ad ysque tulit.

Scutum bellicū olim tantæ amplitudinis erat, vt totum hominem tegeret, &c à telis omni ex parte defenderet. Ad hæc conuexa eius parte, corpus sustentante flumen tranari posset. Ut fecit Alexander, alioqui nandi imperitus. Cuius quidem scuti militaris imagine, verus designatur amicus, nusquam in quoque periculo deficiens, & in omni rerum discrimine auxiliator.



Tres Charites Veneri assistūt, domināmq; sequūtur  
 Hīnce voluptates, atque alimenta parant.  
 Lætitiam Euphrosyne, speciosum Aglaia nitorem.  
 Suadela est Pithus, blandus & ore lepos.  
 Cur nudæ? mentis quoniam candore venustas  
 Constat, & eximia simplicitate placet.  
 An quia nil referunt ingratij: atque arcula inanis  
 Est charitum? qui dat munera, nudus eget.  
 Addita cur nuper pedibus talaria? bis dat  
 Qui citò dat, minimi gratia tarda pretij est.

Implicitis vlnis cur vertitur altera? gratis  
 Fœnerat:hinc remanent vna abeunte dux.  
 Iuppiter iis genitor,cœli de semine diuas,  
 Omnibus acceptas edidit Eurymone.

Lætitia,Pulchritudo & Suauiloquentia, tres sunt gratiæ nemini  
 nem non ad sui amorem allicientes , quas nudas esse oportet ci-  
 tra simulationem, promptas & celeres, ad obsequium mutuo a-  
 more,& benigna liberalitate coniunctas, ex bonis ingenii or-  
 tas,& denique omnibus gratas.



## In detrectatores.



Audent sagriferi matulæ, stupidique magistri  
 Bilem in me impuri pectoris euomere:  
 Quid faciam? reddamne vices? sed nonne cicadam  
 Ala vna obstreperam corripuisse ferar?  
 Quid prodest muscas operosis pellere fabris?  
 Negligere est satius, perdere quod nequeas.

Scripturnum apparet hoc Hexastichon dictate indignationis affectum, in quempiam ludim magistrum, qui Alciaro detrahere ausus fuit. Cuius maledictis irritatus ipse ratus, & talis vir a tam humili tabicatio (ut ipsum facit) Pædotriba, prudenter ab apologetis abstinet. Iurisperitus enim Grammaticum nihili pendit,

Inanis impetus.



Lunarem noctu (vt speculum) canis inspicit orbē:  
 Séque videns, alium credit inesse canem,  
 Et latrat: frustra agitur vox irrita ventis,  
 Et peragit cursus surda Diana suos.

Ut frustra canes lunæ allatrant, quam mordere non possint:  
 Sic & oblocutores, inuidi ut canes, in castum magno alicui &  
 excelsō viro detrahunt, cui nihil maledicere queant, & quorum  
 maledicta ipsa haud audire dignatur, sive rūta virtutum cursus  
 prosequitur.

Aliquid mali propter vicinum malum.

Προσωπεια.



Raptabat torrens ollas, quarum una metallo,  
 Altera erat figuli terrea facta manu.  
 Hanc igitur rogat illa: velit sibi proxima ferri,  
 Juncta ut præcipites vtraque sistat aquas.  
 Cui lutea, Haud nobis tua sunt commercia curæ,  
 Ne mihi proximitas hæc mala multa ferat.  
 Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat vnda:  
 Ipsa ego te fragilis sospite sola terar.  
 Cum potentiori societas nō est ineunda, nam si quid acciderit  
 infortunij, illud totū in infirmū reclinabit, isque corruet, super-  
 hinc & saluē potētiore. Torrens rapidus, est vitæ ac fortunæ cur-  
 sus, olla ænea diues, terrea, pauper.

N

In eum qui truculentia suorum pericerit.

PROSOPOPOEIA.



Delphinem inuitum me in littora compulit æstus,  
 Exemplum infido quanta pericla mari.  
 Nam si nec propriis Neptunus parcit alumnis,  
 Quis tutos homines nauibus esse putet?

Si à nostris prodimur: quibus fidendum?

Ἐχθρῶν ἀστοῖς δῶρα.

In dona hostium.



Bellorum cœpisse ferunt monumenta viciissim  
 Scutiferum Aiacem Hectoraque Iliacum.  
 Balthea Priamides , rigidum Thelamonius ensem,  
 Instrumenta suæ cepit uterque necis.  
 Ensis enim Aiacem confecit , at Hectora funatum  
 Traxere Aemoniis cingula nexa rotis.  
 Sic titulo obsequij, quæ mittunt hostibus hostes  
 Munera, venturi præscia fata ferunt.

Hector Troianorum, Ajax Græcorum (secundum Achilleum)  
 fortissimus, cum alioqui hostes forent: induciarum tamen tem-  
 pore, cum se inuicem propter cognitionem viserent, vicissim  
 libi obtulerunt militaria dona, sed mali euentus praesaga. Hector  
 namque ab Aiace Baltheum militarem pro munere accepit, cu-  
 jus postea loris & cingulo distractum est eius cadauer ab  
 Achillis curru. Ajax ab Hectore donatus eo gla-  
 dio, quo tandem se ipse occidit. Sic ho-  
 stium donis minimè fidendum,  
 nam aut suspecta sunt,  
 aut malum por-  
 tendunt.



A minimis quoque timendum.



Bella gerit Scarabæus, & hostem prouocat vltro.

Robore & inferior, consilio superat.

Nam plumis aquilæ clām se neque cognitus abdit,

Hostilem vt nidum summa ver astra petat.

Quaque cōfodiens, prohibet spem crescere prolis:

Hocque modo illatum dedecus vltus abit.

Aeternæ sunt inimicizæ aquilæ volucrum præstantissimæ, cū  
scarabæo, cōtemptissimo insectorū, & sordidissimo: qui vt aqui-  
læ superbiam sui contempricē vlti scaturit, in plumis illius dell-

tescens, in nidumq; sublatus, aquilarum oua perterebrita proficit  
spem destruit, multiplicationem Aquilini generis auertit, tantu-  
lumq; animalculū, pro tam leui cōtempiu sui, tam atrociter talē  
volucrē vlciscitur. Qua quidem in natura, id verum esse cōpro-  
barur, quod vulgo dici solet, Nullus est parvus inimicus.

### Obnoxia infirmitas.



Pisciculos Orata rapit medio æquore sardas,  
Ni fugiant pauide, summa marisque petant.  
Ast ibi sunt mergis fulicisque voracibus esca.  
Eheu intuta manens vndique debilitas.



Cetera mutescit, coriumque filebit ouillum,

Si confecta lupi tympana pelle sonent.

Hanc membrana ouium sic exhorrescit, ut hostem,

Exanimis quanuis non ferat exanimem.

Sic cute detracta Zischas, in tympana versus,

Bohemos potuit vincere pontifices.

N 4

200  
V I N D I C T A.

Iusta vindicta.



Dum residet Cyclops sinuosi in faucibus antri,  
Hæc secum teneras concinit inter oues:  
Pascite vos herbas: sociis ego pascar Achiuis,  
Postremumque Utin viscera nostra ferent.  
Audiit hæc Ithacus, Cyclopaque lumine cassum  
Reddidit: En pœnas ut suus author habet?

Polyphemus, Gigas & Cyclops monophthalmus Siciliæ pastor,  
ad lictus Seguli træti Vlyssen, & socios comprehendit, viros ut suo

more manderet, Vlyssem vero (qui ementito nomine Utin se nominari) quod generosum yinū libi propinasset: omnium ultimum deuorare est pollicitus, dilationē mortis pro beneficio reponens. Interim singulos sociorum quotidie absumentes. Quod animaduertens Vlysse, cognomento Græcanico Utis (quod Latinus est Nullus) Gigantem oblatō vino sic inebriauit, ut ipse somno vinōque sepulco Cyclopi oculum, quem unum in frōte habebat: ardenti torre effoderit. At Polyphemus vulneris acerbitate, ac orbitatis dolore percitus, sic rugiit: vi ceteros Cyclopas inruuium antris, & ardentes Aetnæ fornacibus per totam Siciliam habitantes exciuerit: profugiente iam cum sociis, & nauigio Vlysse. At illi cum venissent, percontati, quis ipsi oculum eruisset, isque dixisset, Utis (qui nullus est) eum insanire, & furiosum esse rati, abierunt, ridentes, ac illudentes orbo gigāti. Qua quidem fabula innuit Homerus, crudeles populi voratores, cum hac vitæ luce fuerint orbati, pœnas scelerum datus, nemine eos consolante, sed omnibus misericordiæ illudentibus.

N. 5.



## Iusta vltio.



Raptabat volucres captum pede coruus in auras  
 Scorpion audaci præmia parta gulæ.  
 Ast ille infuso sensim per membra veneno,  
 Raptorem in Stygias compulit vltor aquas.  
 O risu res digna: aliis qui fata parabat,  
 Ipse perit, propriis succubuitque dolis.

Cum malus in malum, aut in peiorem, quid molitur, seipsum  
 perdit, ut cum gladiator in homicidam incidit, fur in latronem,  
 lusor in aleatorum, falsarius in yeneficum, scenerator in audito-  
 natorem, aut transfugam. Callidus, in versipellem, impostor in  
 planum. Coruus quidem malus cū. At scorpius siccior, qui  
 cauda yenenata interimit.

Parem delinquentis, & suasoris culpam esse.



Praeconem lituo perflantem classica, victrix  
 Captium in tetro carcere turba tenet,  
 Queis ille excusat: quod nec sit strenuus armis,  
 Vllius aut saeuo leserit ense latus.  
 Huic illi: Quin ipse magis timidissime peccas,  
 Qui clangore alios aeris in arma cies.

Idipsum est quod in iure legitur, Qui per alium facit, per se-  
 sum facere videtur. Proinde criminis in omni, agens & insti-  
 gans, eodem genere supplicij sunt puniendi.

Alius peccat, alias plectitur.



Arripit ut lapidem catulus, morsuque fatigat,  
 Nec percussori mutua damna facit,  
 Sic plerique sinunt veros elabier hosteis:  
 Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.

Maligno, crudelique animo homines, eos abs quibus male  
 accipiuntur reformidant, neque cum illis congredi audent. At  
 dolorem suum vlciscuntur in infirmos, & innoxios abs quibus  
 minime sunt laesi. Nam (ut ait Suetonius & confirmat Commi-  
 ssus) crudeles homines ferè sunt formidolosi, in supplices saeu-  
 i audaces timidi.

## Insani gladius.



Setigeri medius stabat gregis ensifer Ajax,  
 Cæde suum, credens cædere Tantalidas.  
 Hostia sic tanquam sus succedanea pœnas  
 Pro Laertiade, pro caueaque dabat.  
 Nescit obesse suis furor hostibus, errat ab iictu,  
 Consiliique impos in sua damna ruit.

Ajax fortissimus Dux, in controuersia armorum Achillis, contra callidum Vlyssem, Græcorum iudicio vietus, iniqui Arresti indignatione in furorem exarsit. Atque ita furiosus, & per agros

palabundus, incidit in porcorum suorum gregem, quos Graz-  
corum concionem esse per insaniam opinatus: omnes ma-  
ximo rei suæ detrimento occidit. Quod sane nihil aliud innuit:  
quam furore & ira ( quæ temporaria est mania ) percitos, sibi  
ipsis plus quam hostibus nocere, idque seu in disceptatione ciui-  
li, siue in armorum cōtentione: in illa enim sensum hominis, ra-  
tionem, & sermonem amittunt, in hac verò, & dexteritatem,  
& collimationem, & hostis obseruationem, ac non raro evenit  
ut præ nimio biliis ardore, in ferrum incautius ruant, seipsoisque  
confodian.





Turrigeris humeris, dentis quoque barrus eburni,  
 Qui superare ferox Martia bella solet,  
 Supposuit nunc colla iugo, stimulisque subactus,  
 Cæsareos currus ad pia templa vehit.  
 Vel fera cognoscit concordes yndique gentes:  
 Proiectisque armis munia pacis obit.

Cæsar triumphans in Capitoliū ascendit cum Elephantiis qua-  
 draginta, senos lychnuchos gestantibus flammantes, & odora-  
 tos, in signum pacis bello partæ. Elephas namque robore, ac dexte-  
 ritate præstans animal, fuit bellicum: docili autem mansuetu-  
 ñe, triumphale animal, & pacificum.



En galea, intrepidus quam miles gesserat: & quæ  
Sæpius hostili sparsa cruore fuit.

Parta pace avibus tenuem concessit in vsum  
Alucoli: hincque fauos gratâque mella gerit.  
Arma procul iaceant: fas fit tunc sumere bellum,  
Quando alta pacis non potes arte frui.


Res eadem diuersis vfibus potest accōmodari. Nā vt gladius pa-  
cem, & iustitiā, sui formidine tuetur. Sic iniuriā, & bellum, auda-  
cia confidentiā parit. Proinde interdū necessariū est bellū, vt in-  
de pax sequatur. Quod indicat in iconē galea, quæ bellorū tumul-  
tibus caput armat. Pacis rēporibus, alucarij vsum pr̄stat apibus.



Grandibus ex spicis tenues contexere corollas,  
 Quas circum alterno palmite vitis eat.  
 His comptę Halciones trāquilli in marmoris vnda  
 Nidificant, pullos inuolucrēsque fouent.  
 Lætus erit Cereri, Baccho quoque fertilis annus,  
 Aequorei si rex alitis instar erit.

Halcyones maritimę sunt aues, quæ nidum nulla vi aquarū diffū-  
 libilem, ex vitiū pāpinis, & segetum spicis, in medio ponto con-  
 struunt. Suisq; ouis septē dies ante brumā incubāt, eadē totidem  
 post brumā diebus excludūt: quo quidē quatuordecim dierū an-  
 tēpore, arcano quodā naturę miraculo, mare trāquillū est, & na-  
 vigatibus tutū. Sic & cùm optimus Princeps rutis locis, & cibi &  
 potius copia instrūctis, sibi subiectos homines fouer, tutissima est  
 regni eius, & seculi, quo viuit tranquillitas. O

Doctos doctis obloqui nefas esse.



Quid rapis heu Progne vocalem sœua cicadam,  
Pignoribusque tuis fercula dira paras?  
Stridula stridentem vernam verna, hospita lxdis  
Hospitam, & aligeram penniger ales auem?  
Ergo abice hæc prædā: nam musica pectora summū  
Alterum ab alterius dente perire nefas. . . . (est

Vulgari parœmia iactari solet acerba esse tempora, quibus lupus lupum est. Atqui acerbior est iniqitas, cum doctus & facili-  
dus, eruditus & eloquenti obtrectat. Quod intellectus videtur  
Pythagoras, prohibens his undinem in domum recipi. Hæc ete-  
dem cicadam deuorat, volatilen: Musis amicam, cætaticem &  
vernam: ipsa similiter volucris, musica, & veris nuncia.

Eloquentia fortitudine præstantior.



Arcum lœua tenet, rigidam fert dextera clauam,  
 Contegit & Nemæes corpora nuda leo.  
 Herculis hæc igitur facies? non conuenit illud  
 Quòd verus & senio tempora cana gerit.  
 Quid quòd lingua illi leuibus traiecta catheris:  
 Quæsis fissa facileis allicit aure viros?  
 Anne quòd Alcidem lingua non robore Galli  
 Præstantem, populis iura dedisse ferunt?  
 Cedunt arma togæ, & quamuis durissima corda  
 Eloquio pollens ad sua vota trahit.

Ex Luciano Rhetore, sumpta est hæc Herculis Gallici prosopographia, qua certè significabatur Herculem tot populos subegisse, tot monstra confecisse, tot tyrannos sustulisse viue vi-

zibus eloquentiæ, iuris sapientia, & legum constitutione iustarum, quæ egregia sapientissimi Ogmijs facinora.

Græcia mendax, postea in amorum gesta

deformauit, subque Herculi san-

guinario Alcmenæ filio.

adscriptit.



## Facundia difficultis.



Antidotum Aetæ medicata in pocula Circæ  
Mercurium hoc Ithaco fama deditæ fuit.  
Moly vocant, id yix radice euellitur atra,  
Purpureus sed flos, lactis & instar habet.  
Eloquij candor facundiæque allicit omnes:  
Sed multi res est tanta laboris opus.

Per Homericū Moly, herbā radice nigræ, flore candido, & purpureo, quod inuenit perdifficile est: Eloquentia venit intelligenda, à principio quidam obscura, mox florens, perspicua & honorata. Inuentu tamē difficultis, nisi felicibus ingenii, sed quæ omena superat maliciam, & ipsam habenti gratiam conciliat.

Antiquissima quæque commentitia.

A P O L O G E S I S.



Pallenæ senex, cui forina est histrica, Proteu,  
 Qui modò membra viri fers, modò membra feri.  
 Dic age, quæ species ratio te vertit in omnes,  
 Nulla sit ut vario certa figura tibi?  
 Signa vetustatis, primæui & præfero sæcli:  
 De quo quisque suu solum lat arbitrio.

De rebus iam olim obsoletis, antiquatissque, & extra omnem omnium hominum memoriam longè positis, unusquisque pro phantasia sua somniat. Adeò ut antiquissimarum eiusmodi rerum à primis temporibus repetitarum Scriptores, inter se minimè conueniant. Quin monstruosam quandam historiæ formam variis scriptiōibus sibi ipsi dīssimilem faciunt, qualem fingunt poetæ, Protea antiquissimum mari Deum semet, πλάνης, & subinde vultus mutantem in quaslibet rerum species.

O 4






Gentiles clypeos sunt qui in Iouis alire gestant,  
 Sunt quibus aut Serpens, aut Leo signa ferunt.  
 Dira sed hæc Vatum fugiant animalia ceras,  
 Doctaque sustineat stemmata pulcher Olor.  
 Hic Phœbo sacer, & nostræ regionis alumnus:  
 Rex olim, veteres seruat adhuc titulos.

Cygnus olim rex fuisse fertur, Phaëfontis germanus, nunc  
 verò fluminalis avis, voce canora, colore candida, Phœbo Musæ

rum & Poëtarum Deo , sacra : qui Poëtæ etiamnum Cygnum  
 pro signo in suis stemmatis habent. Nam Poetæ , ut Reges , ac  
 Imperatores triumphali Lauro coronantur , tanta libertate in  
 scribendo , quanta Reges regnando vtuntur , bella ordinatis cap-  
 minibus , ut Reges armatis hominibus faciunt , iisque & pe-  
 destribus , & equestribus , fluuiis amernisque locis  
 ut olores delectantur , puri sunt & candidi ,  
 canuntque suavissimum melos  
 Cygneion versibus be-  
 ne sonantibus .

Q 5





Locrensis posuit tibi Delplice Phœbe cicadam  
 Eunomus hanc, palmæ signa decora suæ.  
 Certabat plestro Sparthyn commissus in hostem,  
 Et percussa sonum pollice fila dabant.  
 Trita fides rauco cœpit cùm stridere bombo,  
 Legitimum harmonias & vitiare melos.  
 Tum citharæ argutans suavis sese intulit ales,  
 Quæ fractam impleret voce cicada fidem.  
 Quæque allecta, soni ad legem descendit, ab altis  
 Saltibus, ut nobis garrula ferret opem.  
 Ergo tuae ut firmus stet honos (ô sancte)cicadæ  
 Pro cithara hic fidicem æneus ipsa sedet.  
 In Delphico Apollini templo dicatum erat simulacrum lira  
 et incisa insidentisque cicadæ, quæ chordæ deficientis so-

num suo stridore suppleret, in memoriam victoriz Eunomi, aduersus Aristonem lira certantis. Cui cum ipse vnam ex fidibus regisset: cicada forte superueniens concordi canore pro chorda apta concinenti, insperatam dedit victoriam, quae non tam fortuna, quam fatali Deorum providentia opitulatrix venisse credita est. Diij namque musicam curze habent & diligunt.





Vipereos Cadmus dentes vt credidit aruis  
 Seuit & Aonio semina dira solo:  
 Terrigenum clypeata cohors exorta virorum est,  
 Hostili inter se qui cecidere manu.  
 Euasere quibus monitu Tritonidos armis  
 Abiectis data pax, dextraque iuncta fuit.  
 Primus Agenorides elementa, notisque magistri  
 Tradidit, iis suauem iunxit & harmoniam,  
 Quorum discipulos contraria plurima vexant,  
 Non nisi Palladia quæ dirimuntur ope.

Cadmus regis Agenoris filius, natione Phoenix. Primus literas et Asia, in Europam transtulit, & eas per totam Græciam disseminauit. Ex quo prodiit fabula de Draconis dentibus disseminatis, ex quibus armati exilicere homines mutuis vulneribus qui se unnes peremere. Et quinque tantum reliquis, à Minerua pacificatis, & in numerosam posteram gentem multiplicatis. Serpens sapientia est, siue ἀγέλης στρατίου. Sati dentes sunt acutæ ac subtiliter, per totam Helladæ sparsæ. Armati ex illis emergentes sunt homines literati, artium & scientiarum panoplia instructi, qui aut a zelo, aut liuore sese inuicem conficiunt, nisi Paliados (quæ sapientia est Deæ) monitis in gratiam reducantur, & cœcordiam: cui demum multiplicati, quotidie crescunt in infinitum numerum. Adeò ut timendum sit, ne tandem plures sint quam usus possuler, otij amore.



## Dicta septem Sapientum.



Hæc habeas, septem Sapientum effingere dicta,  
Atque ea picturis qui celebrare velis.

Optimus in rebus modus est (Cleobulus ut inquit)  
Hoc trutinæ examen, siue libella docet.

Noscere se Chilon Spartanus quinq[ue] iubebat.

Hoc specula in manibus, vtraque sumpta dabūt.

Quod Periander ait, fræna adde Corinthius iræ.

Pulegium admotum naribus efficiet.

Pittacus at ne quid (dixit) nimis: hæc eadem aiunt.

Contracto qui gith ore liquefaciunt.

Respexisse Solon finem iubet, yltinius agris

Terminus, haud magno cesserit ipse Ioui.

Hēu quām vera Bias, est copia magna malorum:

Musmonī insideat effice Sardus eques.

Ne præs esto (Thales dixit) sic illita visco

In laqueos sociam parta, meropsque trahit.

Hæc sunt Apophthegmata, memorabilesque sententiæ septem  
itorum, qui in Græcia sapientes sunt habiti, earumque rerum  
magines per quas rigurari possunt. Cleobuli Statuta mediocrita-  
tem significat, Chilonis speculum, suipius cognitionem. Pule-  
gium Periandri iræ moderationem. Pulcgium namque per in-  
teriora bilem purgat, natibus ad mortum lropyrmiz medetur,  
Gith Pittaci luxum prohibet. Est etenim Gith, tenui minutum,  
quod modicè cibis admixium dat laporis gratiam: nūnūm ve-  
lo necat, aut conuellit. Solonis terminus ( cuius ante facta est  
descriptio) admonet, considerandum esse in omnibus finem ma-  
nim mortis. Sardus eques in munere Biantis nota, Malorum  
multitudinem signat. Sarda enim gens mala male audit. At mus-  
mon Mulus est e Corsica, nō maior capra: cæterum iniquæ men-  
sis bestia. Vtriusque autem magna est copia. Denique Merops  
laqueata, quæ cætera in retia allestat, Thaleonis nota dehor-  
nit sponsonem facere. Nam qui vel corpore, vel bonis pro-  
liosponsor est, & se vadem constituit, libertatem suam in ser-  
uitutein, & periculum adducit.

## IGNORANTIA.

Submouendam ignorantiam.

Διαλογισμός.



Quod monstrū id? Sphinx est. Cur candida virginis  
 Et volucrum pennis crura leonis habet? [ora,  
 Hanc faciem assumpit rerum ignorantia:tanti.  
 Scilicet est triplex causa & origo mali.  
 Sunt quos ingenīū leue, sunt quos blāda voluptas,  
 Sunt & quos faciunt corda superba rudes.  
 At quibus est notum, quid Delphica littera possit:  
 Præcipitis monstri guttura dira secant.  
 Nanq; vir ipse, bibēsq;, tripēsq; & quadrupedes idē  
 Primāque prudentis laurea, nosse virum. [est.  
 Sphinx

Sphinx callidissim, & crudele monstrosus, angustias viarum ad Thebas oblidens, prætereuntibus tale proponebat Aenigma, Quodnam animal est quadrupes, bipes, & tripes? quod qui solvere non possent, eos ut ignorantes interimebat, donec Oedipus sagax diuinator iliac præteriens, gryphum solvit. Eiusmodi animal hominem esse dicens, qui infans quadrupes repit. Iuuenis duobus ambulat pedibus, senex baculo, vi tertio pedi innititur. At sicut se ipsum nosse iuxta Delphicam in Apollinis delubro inscriptionem γνῶθι σεαυτὸν summa est sapientia: sic quid sit homo nescire, & se ipsum minime nosse, extrema est ignoratio, quæ plurimo perdit. Ea autem euenit aut ex ingenij levitate, aut ex voluptate, aut ex arrogantia, quæ volucrum pennis, ore puellari, & leonis pedibus in hoc monstrum figurantur.

P.



Mentem non formam plus pollere.



Ingressa vulpes in Choragi pergulam,  
 Fabre expolitum inuenit humanum caput,  
 Sic eleganter fabricatum, ut spiritus e  
 Solùm deesset, cæteris viuisceret.  
 Id illa cùm sumpsisset in manus, ait:  
 Hoc quale caput est sed: cereb:um non habet.

Vulpis huius (quæ versatum hominem signat) Apophthegma  
 in multos torqueri potest: qui faciem quidem hominis extrâ, præ  
 se ferentes, intus sensu, & ratione sunt vacui.

Diues indoctus.



Tranat aquas residens precioso in vellere Phrixus,  
Et flauam impavidus per mare scandit ouem.  
Ecquid id est? vir sensu hebeti, sed diuite gaza,  
Coniugis aut serui quem regit arbitrium.

Helespontum Phrixus puer traiecit. In ariete aureo obequians: quem sessor pro arbitrio dirigit. Aries autem simplicissima, est, & stolidissima pecus, bono tamen corporis habitu, & conferto lanæ mollis tegumento: Aurum dicitur, Puer, aut seruiturem aut iuuenilem significat ætatem. Quare Phrixus aurei velleris arietæ Pontum transuerstus, aut vxor est, aut seruus, aut pulso viru: n, aut dominum, diuitem quidem, sed stolidum pro arbitrio quocunque velit, transferens.

## In fidem vxoriam.



Ecce puella, viro quæ dextra iungitur. Ecce  
 Ut sedet: vt catulus lusit: ante pedes.  
 Hæc fidei est species: Veneris quam si educat ardor,  
 Malorum in læua non malè ramus erit.  
 Poma etenim Veneris sunt, sic Scheneida vicit  
 Hippomenes, petiit sic Galathea virum.  
 Coniugio interuenit Amor, & fides. Vtriusque signum est,  
 Canis fidus comes, & domini amator. At quoniam fidelis ille  
 amor coniugij, vt plurimum fouetur, & redintegratur corpo-  
 rum

rum coitu. Aptissimè conuenit arbor pomus frugifera. Pomum etenim Veneri sacrum est , cui aureum illud adiudicatum fuit.

Quinetiam Hippomenes Atalanta aurei mali lactu in peri-  
dromo superata potius est. Denique Galathea

pastorem amasium malo petiit ipsum la-

sciua prouocans. Poma igitur Veneri

conueniunt. Venus cōnubiali fi-

dei, & amorē fouēdo, fidem

& amorē Catellus indi-  
cat melitzus.

P 5





Cum furit in venerem, pelagi se in littore sistit  
 Vipera, & ab stomacho dira venena vomit.  
 Murænamque ciens, ingentia fibila tollit,  
 At subito amplexus appetit illa viri.  
 Maxima debetur thalamo reuerentia, coniunx  
 Alternum debet coniugi & obsequium.

Prudentis serpentis exemplum, qui cum Muræna congressurus  
 prius venenum euomit, ea vero fibilo euocati paret, & ad eam  
 mox adnatat. Sic & coniugatos oportet cum Amoris cōnubialis  
 reuerentia mutua conuenire, & coire: omni prius affectu malo ex  
 animis eius & simili cum vestimentis deposito.

In fecunditatem sibi ipsi damnosam.



Ludibrium pueris lapides iacentibus, hoc me  
In triuio posuit rustica cura nucem.

Quæ laceris ramis perstrictoque ardua libro,  
Certatim fundis per latus omne petor.

Quid sterili posset contingeretur ius? heu,  
Infelix, fructus in mea damna fero.

Liberorum generatio naturalis quidem est latitia, verum  
pernicioſa & penitenda: quoties parentum vincit, infamia aut  
mortis sunt in causa. Quemadmodū nucis fructus in causa est,  
ut arbor, de qua productus est, saxis sudibūsque petatur, ramique  
eius diffingantur.

## Amor filiorum.



Ante diem vernam boreali cana palumbes  
 Frigore nidificat, præcoca & oua fouet:  
 Mollius & pulli vt iaceant, sibi vellicat alas,  
 Quæ nuda hyberno deficit ipsa gelu.  
 Ecquid Colchi pudet, vel te Progne improba? mor-  
 Cùm volucris propriæ prolis amore subit? (tem

Palumbes quæ exclusorum in hyeme pullorum gratia fouen-  
 dorum scipsum deplumat & alget: exemplum matribus est pie-  
 tatis, opprobrium verò illis. quæ suos infantulos aut incuria  
 perire sinunt, aut etiam necant, vt Progne, & Medea:



Per medios hosteis patriæ, cùm ferret ab igne  
 Aeneas humeris dulce parentis onus,  
 Parcite (dicebat) vobis sene adorea rapto  
 Nulla erit : crepto sed patre summa nūhi.

Magna certè gloria est filio, ei vitam aut restituere , aut tueri  
 ab quo vitam acceperit , nempe parenti. Quod laudatissimum  
 Aeneas factum celebratur.

Mulieris famam, non formā vulgatā esse oportere.

## DIALOGISMVS.



Alma Venus quānam hæc facies? quid denotat illa  
Testudo, molli quam pede Diua premis?  
Me sic effinxit Phidias, sexūmque referri  
Fœmineum, nostra iussit ab effigie.

Quódq; manere domi, & tacitas decet esse puellas,  
Supposuit pedibus talia signa meis.

Testudo sanè omnino muta est, absonta, & aloga, concha  
nunquam egrediens, interna substantia melior, quam externa  
forma pulchrior. Talis esse debet proba matrona pacifica, tacita,  
domi assidua, foris incognita. ( vt in Italia esse feruntur ) nam a-  
nimam, non formam mulieris vulgatam esse oportet.

In pudoris statuam.



Penelope desponsa sequi cupiebat Vlyssem,  
 Ni secum Icarius mallet habere pater.  
 Ille Ithacam, hic offert Spartē. manet anxia virgo.  
 Hinc pater, inde viri mutuus vrget amor.  
 Ergo sedens velat vultus, obnubit ocellos.  
 Ista verecundi signa pudoris erant.  
 Quae sibi prælatum Icarius cognocuit Vlyssem,  
 Hocque pudoris aram schemate constituit.  
 Græcorum scriptis omnium forminarum castissima celebra-  
 tur Penelope. Quapropter illius statua in ara est col-  
 locata

locata inter duos vtrinque viros media, alterum quidem Icarium patrem, Spartæ Principem iam senem, & effætum: alterū vero Vlyssem suum, Ithacæ Regem, iuuenem & succulentum, quem versus certè conuertitur: sed manu tamen oculis opposita, casto & verecundo nimirum pudore, huius quod natura iubet, & fat est, nempe parente reliquo coniugem sequi.



## Nupta contagioso.



Dij meliora piis (Mezentii) cur age sic me  
 Compellas? emptus quod tibi dote gener,  
 Gallica, quem scabies dira & mentagra perurit:  
 Hoc est quidnam aliud (dic mihi sœue pater)  
 Corpora corporibus quam iungere mortua viuis,  
 Efferaque Hetrusci facta nouare ducis?

Mezentius Hetruſiæ Dux immanissima crudelitate mortua  
 iungebat corpora viuis, fœtidisque cadaveribus viuos homi-  
 nes conuinciebat, fœtore exanimans sic, ut mortui viuos oc-  
 cide

ciderunt. Quam sanè immanitatem exercent etiámnum parentes quidē inhumanissimi, qui inseparabili matrimonio filias suas formosas, sanas, integras copulat viris vinolis, scabie Neapolitanarū infectis, leprosis, olidis, podagrīcis : denique viuis cadaveribus, sublata omni diuortijs spe, impositāque necessitate langoris ad mortem usque perfendit. Quia parentum crudelitate in liberos ut non est altera inter humanior, & magis dolenda, sic nulla communior, & quæ minus curetur tollenda, in quam Erasmus egregium illum scripsit dialogum, cuius titulus est, Agamos guros,





Indicat effigies metæ, noménque cupressi  
Tractandos parili conditione suos.

A L I V D.

Funesta est arbor, procerum monumēta Cupressus,  
Quale Apium plebis, comere fronde solet.

A L I V D.

Pulchra coma est, pulchro digestæq; ordine frōdes,  
Sed fructus nullos hæc coma pulchra gerit.

Cyparissus ab radice ad fastigium recto surgit stipite, æqualis ad summum, vnde ramos protendit coronatim circumspersos, eoque ordine circumpositos æqua imægnitudine, ac longitudine, vt alius alium non excedat: pari æqualitate ad summum exurgens in coni figuram. Quæ sanè figura parentes admonet: vt liberos suos tam primogenitos quam sequentes, tam mares quam fœminas, pari conditione, & aff. Etu tractent, sine villa personarum acceptione, tam in iis educandis & diligendis, quam in hæredibus testamento scribendis. Sunt etenim ex æquo naturales, & legitimi Quæ tamen æqualitas non obseruatur in iis regionibus, quæ iure scripto reguntur, vt in prouincia Lugdunensi.

Moris erat apud veteres Romanos in honorem parentum, aut eorum quos charos habuissent: foliis & frondibus sepulchra coronare. Nobilium quidem Cupresso, Plebeiorum verò Apio, quorum utrumque est simili propemodum folio, colore, odore & facultate putredinem, & corruptionem auertente.

Detorqueri: otest in vitros membris bene formatos, iuuenientes crinitos, & calamistratos, aut fœminas cornatas, cæterum nullius frugis.

## Quercus.



Grata Ioui est quercus, qui nos seruatq; souetque,  
Seruanti ciuem querna corona datur.

## ALIVD.

Glande aluit veteres, sola nunc proficit vmbra.  
Sic quoque sic arbos officiosa Iouis.

Q

Qui ciuem seruasset, ei ciuica corona è quercu dabatur;  
 Quercus enim sacra est Ioui Seruatori, id est, Deo, qui omnes &  
 omnia seruat.

Frumento nondum reperto, prisci homines, querna glande  
 vixit:abant, quæ saturati sub umbra quercus quiescebant. Ideò  
 quercum Ioui summo Deo consecrantes, qui ipsis defuper ali-  
 moniam & quietem largiretur. Quod quidem indicat Dei be-  
 nificientiæ eiusmodi esse, ut perceptio consumptioque eius fructu,  
 umbra etiam & memoria usum aliquem praestet, ut Mosis &  
 Prophetarum scripta Euangeliū adumbrarunt.



## Salix.



Quòd frugisperdam salicem vocitarit Homerus,  
Clitorii homines moribus adsimilat.

Homerus Poëtatum maximus, Salicem proprio epithetu  
frugisperdam dixit, quòd fructum nullum proferat, & in aqua  
aut propter aquas proueniat. Per hoc significans hydropatas a  
sternios parùm frugiferos esse, aut corpore aut animo. Tum m  
axime quòd salicis semen calorem naturalem extinguere, & vi  
generandi perimere dicatur.



Apta frētis abies in montibus editur altis:  
Est & in aduersis maxima commoditas.

## Picea.



At picea emittat nullos quod stirpe stolones:  
Illius est index, qui sine prole perit.

Picea ab radice ad summum nullos de trunko stolones pro-  
ducit, hominem significans qui sine liberis decedit

Pinus quæ nascitur in montibus altis , in ima flumina detur-  
batur, melioris usus gratia. ut enim viscosa est , & leuis , sic na-  
uigiis fabricandis materia aptissima. Similiter & plerisque lo-  
cūm mutare expedit , & ab eminentiori statu , ad humiliorem  
deuolui maioris utilitatis ergo.



## Cotonea.



Poma nouis tribui debere Cydonia nuptis  
 Dicitur antiquus constituisse Solon.  
 Grata ori & stomacho cùm sint, vt & halitus illis,  
 Sic suavis, blandus manet & ore lepos.

Cydonia mala cor reficiunt, suauem halitum ori inspirant, quae  
olim neogamis pro munere oblata de more, admonebant ut erga  
coniugem, mundo corde, puris affectibus, ore odorato, pudicaque  
verba, & honestos sermones spiranti forsent.



## Hedera.



Haudquaquam arescens hedera est arbuscula, Cisso  
 Quæ puerò Bacchum dona dedisse ferunt:  
 Irrabunda, procax, auratis fulua corymbis,  
 Exterius viridis, cætera pallor habet.  
 Hinc aptis vates cingunt sua tempora fertiss  
 Pallescunt studiis, laus diuturna viret.

Qb s

Poëtæ coronantur hedera, quæ interna foliorum facie perpetuum viret, externa pallet, baccâque aureo colore profert. Indicum videlicet, Quod poëtæ studiis macerati foris palleant: intus verò arcanis scriptis æternum duraturis vireant, honorem producentes non minus auro preciosum & illustrem.



## Ilex.



ie nimia quòd sese rumperet ilex,  
mbola ciuilis seditionis, habet.

Robur rigidissima quercus species in suæ substantiæ pam  
adeo astricatum est duritie quadam naturali, ut per se satiscat,  
diffindatur, sese inuicem deserentibus, ac dissilientibus tot  
corporis partibus, ad intimum vsque & penitissimum truncum.  
Vnde fit ut poste à suo rigore hians, & diffusum, cuneis intru-  
dis viam aperiat, quibus malleo intrusis, vi disruptur in fra-  
menta, & deinde in igne mittitur. Sic & seditiosi populares  
rissimæ cervicis: cum vna contineri, & concordes conuenire non  
possint, ob rigidorem, & nimis peruvicacem naturam, ab inu-  
separatur, locumque dant manui potestatis, quæ in eos irrupperi  
disgregat, disperdit, & vlticibus suppliciis ad nihilum redigit.



## Malus medica.



ea sunt Veneris poma hæc iucundus amaror  
ndicat, est Græcis sic γλυκυπίκρας amor.

titus mala fert aureo colore, austero cum dulci sapore, &  
eo cortice. Talis & est affectus amoris, cuius dea est Venus,  
nobis id malo à Paride donata.



Perpetuò viridis, crisspōque cacumine buxus,  
Vnde est disparibus fistula facta modis:  
Delitiis apta est teneris, & amantibus arbor.  
Pallor inest illi, paller & omnis amans.

Buxus in foliis perenni est virore, in ligno autem exangui palore, quo tamen tibiæ excauantur harmonicæ ad amatoria carmina suaviter personanda. Sic & amatores viuaci amoris care, & iuuenili vigore viscent, biliosis affectibus suffusi pallescunt, voce auiem & sermone sunt blando, ac suauiloquenti.

## Morus.



Serior at Morus nunquam nisi frigore lapsa  
Germinat : & sapiens nomina falsa gerit.

Non nisi hyeme præterita Morus germinat extra hyberni rigoris, & gelu periculum. Sic & vir sapiens nullo in negotio præproperè festinat ante tempus : ne quicquam periclitatur, sed tum rem agit. Quare hæc arbor Græco nomine μῆλος dicta videtur arripere sicut : μῆλος enim Græce stultus est Launè. At cōtra sapientem videtur, quæ florem & fructum ab hyemis iniuria præseverat.

## Amygdalus.



Cur properans foliis præmittis amygdale flores?  
Odi pupillos præcocis ingenij.

Amygdalus omnium prima floret, & facillimè perit. Sic &  
necox ingenium (vt ait Fabius) haud temere vnquam peruenit  
alfrugem.

R

## Laurus.



Præficia venturi laurus, fert signa salutis.

Subdita puluillo somnia vera facit.

A L I V D

Debetur Carolo superatis laurea Pœnis.

Victrices ornant talia ferta comas.

In magica, Laurus flammis imposita indicium boni aut mali  
eventus portendere dicitur. Supposita dormientis cœruicibus  
somnia inducit veritatem præteriorum, præsentium & futuro-  
rum referentia.

Imperatores parta victoria triumphabat Lauro coronati, quæ  
& h̄c in gratulationis speciem tribuitur Carolo V. Imp. victoriā  
Thunis referenti.

R 2





Herculeos crines bicolor quòd populus ornet,  
Temporis alternat, nòxque diésque vices.

Populi folium semper tremulum, intus nigrum, foris album.  
Sic tempus in continuo motu, & in clarum diem, obscuramque  
noctem diuisum est.



# INDEX EMBLE- MATVM IN LOCOS COMMUNES DIGE- STORVM.

## EMBL. DEDIC.

Ad illustrissimum Maximilianum, &c.

7

Mediolanum

9

Nunquam procrastinandum.

10

## DEVS, SIVE RELIGIO.

In Deo lætandum

13

Sapientia humana, stultitia est apud Deum

14

Ficta religio

15

Non tibi, sed religioni

16

Quà Dij vocant eundum

17

## VIRTVTES.

### BIDES.

Fidei Symbolum

18

Fœdera

19

Silentium

20

Non vulganda consilia

21

Nec quæstioniquidem cedendum.

22

## PRUDENTIA.

Conflito ac virtute Chimeris superari: id est, fortio-

R; 3

res, & deceptores	23
Vigilantia & custodia	23
Nόση της μέμνηστος απώλειας: ἀρθρατοῦται τῶν φρουρῶν.	25
Πᾶς παρέβλω: Τί γέγονε; Τί μοι δίκη, οὐκ ἐπιλέγω;	26
Prudentes	28
Prudens, magis quam loquax	29
Maturandum	30
In deprehensum	31
Custodiendas virgines	32
Vino Prudentiam augeri	33
Prudentes vino abstinent	34
In statuam Bacchi	35
Grama	37

I V S T I T I A.

Nec verbo, nec facto quenquam lædendum	38
Tandem, tandem Iustitia obtinet	39
Etiam ferocissimos domari	40
Gratiam referendam	41
Abstinentia	42
Bonis à diuitibus nihil timendum	43

F O R T I T U D O.

Signa fortium	44
Ἄνδρες καὶ ἄνδρες	45
In adulari nescientes	46
Obdurandum aduersus urgentia	47
Omnia mea mecum porto	48

C O N C O R D I A.

Concordiae Symbolum	49
Concordia	50
Concordia insuperabilis	51

Vnum nihil, duos plurimum posse	52
Firmissima conuelli non posse	53
S P E S.	
Spes proxima	54
In simulacrum Speci	55
In dies meliora	57
Illicitum non sperandum	58
P V D I C I T I A.	
Pudicitia	59
V I T I A.	
P E R F I D I A.	
In victoriam dolo partam	60
In fraudulentos	61
Dolus in suos	62
Maledicentia	63
In receptatores sicariorum	64
In adulatores	65
Ei qui semel sua prodegerit, aliena credi non oportere	66
S T V L T I T . I A.	
Temeritas	67
Furor, & Rabies	68
In temerarios	69
In eos qui supra vires quicquam audent	70
Impossibile	71
Cuculi	72
Vespertilio	73
Aliud	74
Ira	75
In cum, qui sibi ipsi damnum apparat	76

<b>Facuitas</b>	77
<b>Obliuio, paupertatis parens</b>	78
<b>S V P E R B I A.</b>	
Superbia	79
Impudentia	80
Philautia	81
Garrulitas	82
<b>I N V I D I A.</b>	
Inuidia	83
<b>L V X V R I A.</b>	
Luxuria	84
Luxuriosorum opes	85
Tumulus meretricia	86
In amatores meretricum	87
Cauendum à meretricibus	88
Amuletum Veneris	89
Inuiolabiles relo Cupidinis	90
Lasciuia	91
<b>D E C I D I A.</b>	
Defidia	92
Defidiam abiiciendam	93
In facile à Virtute desciscentes	94
Ignauia	95
<b>A V A R I T I A.</b>	
Auaritia	96
In auaros	97
In Aulicos	98
In sordidos	99
In diuities publico malo	100
In auaros, vel quibus melior cōdīctio ab extraneis	

## G V L A.

Gula	102
Ocni effigies	103
In parasitos	104
Paruā culinā duobus ganconibus non sufficere	105
Captiuus ob gulam	106
In Garrulum & Gulosum	107
Doctorum agnominia	108

## N A T U R A.

Vis Naturæ, vel, Natura	110
Ars Naturam adiuuat	112
In Iuuentam	113
In quatuor tempora anni	114

## A S T R O L O G I A.

Scyphus Nestoris	115
Quæ supra nos, nihil ad nos	117
In Astrologos	118
Qui aliena contemplantur cadere	119

## A M O R.

Potentissimus affectus Amor	120
Potentia amoris	121
Vis amoris	122
In studiosum amore captum	123
<i>virtus</i> , id est, amor virtutis	124
<i>virtus</i> Amor virtutis alium Cupidine superas	126
Dulcia quandoque amara fieri	127
Ferè simile, ex Theocrito	128
In statuam amoris	129
In obliuionem patriæ	131

Sirenes	132
Senex puellam amans	134
In colores	135

F O R T U N A.

Virtuti fortuna comes	137
Fortuna Virtutem superans	138
Paupertatē summis ingeniis obesse, ne prouehātur	
In occasionem	141 (140)
In subitum terrorem	142
In illaudata laudantes	143
In momentaneam felicitatem	144
Ex damno alterius, alterius utilitas	145
Bonis auspiciis incipiendum	146
Nil reliqui	147
Malè parta, malè dilabuntur	149
Semper præsto esse infortunia	150
Remedia in arduo, mala in prono esse	151

H O N O R.

Ex arduis perpetuum nomen	152
Ex literarum studiis immortalitatem acquiri	153
Tumulus Ioannis Galeacij Vicecomitis, primi Ducis Mediolanensis	154
Optimus ciuis	155
Strenuorum immortale nomen	157
Nobiles, ac generosi	157
Duodecim certamina Herculis	169
In nothos	162
Imparitas	163
In desciscentes	164
Aemulatio	165

## P R I N C E P S.

Princeps subditorum incolumitatē procurans	167
In Senatum boni Principis	169
Quod non capit Christus, rapit Fiscus	171
Opulentia tyranni paupertas subiectorum	172
Confiliarij Principum	173
Principis clementia	174

## R E S P V B L I C A.

Salus publica	175
Respublica	176

## V I T A.

In vitam humanam	175
Aere quandoque salutem redimendam	178

## M O R S.

Cum Laruis non luctandum	179
De Morte & Amore	180
In formosam fato præceptam	182
In mortem præproperam	183
Terminus	184
Opulenti hæreditas	185

## A M I C I T I A.

Amicitia etiam post mortem durans	186
Mutuum auxilium	187
Auxilium nunquam deficiens	188
Gratiæ	189

## H O S T I L I T A S.

In detractores	191
Inanis impetus	192
Aliquid mali, propter vicinum malum	193

In eum qui truculentia suorum periclit	194
<i>ιχθεῖν αἰώνα θάρα.</i> In dona hæc tium	195
A minimis quoque timendum	197
Obnoxia infirmitas	198
Vel post mortem formidolosi	199

VINDICATA.

Iusta vindicta	200
Iusta vltio	201
Parem delinquentis, & sua foris culpam esse	203
Alius peccat, aliis plectitur	204
Infani gladius	205

PAX.

Pax	207
Ex bello pax	208
Ex pace ubertas	209

SCIENTIA.

Doctos doctis obloqui nefas esse	210
Eloquentia fortitudine præstantior	211
Facundia difficilis	213
Antiquissima quæque commentitia	214
Insignia Poëtarum	216
Musicali Diis curæ esse	218
Litera occidit, spiritus vivificat	220
Dicta septem sapientum	222

IGNORANTIA.

Submouendam ignorantiam	224
Mentem, non formam plus pollere	226
Dives indoctus	227

MATRIMONIVM.

Infidem uxoriā	228
----------------	-----

Reuerentiam in matrimonio requiri	230
In fæcunditatem sibi ipsi damnosam	231
Amor filiorum	232
Pietas filiorum in parentes	233
Mulieris formam, non formam vulgatam esse oportere	234
In pudoris statuam	235
Nupta contagioso	237

A R B O R E S.

Cupressus	239
Quercus	241
Salix	243
Abies	244
Picea	245
Cotonea	247
Hedera	249
Ilex	251
Malus medica	253
Buxus	254
Morus	256
Amygdalus	257
Laurus	258
Populus alba	260


F I N I S.



qui en quier quisiere ser al vivo  
de la virtud fiel de daldo  
procure ser muy honrado  
mas abrumo que pascuno.

Suarca 3 Junio 1880

S. de Soto.




Dick Mtn.

ETHNIE

Batt.

T 5

V



FA